CONST. HARMENOPULI

MANUALE

LEGUM SIVE HEXABIBLOS

CUM

APPENDICIBUS ET LEGIBUS AGRARIIS.

AD FIDEM ANTIQUORUM LIBRORUM MSS. EDITIONUM RECENSUIT, SCHOLIIS NONDUM EDITIS LOCUPLETAVIT, LATINAM REITZII TRANSLATIONEM CORREXIT, NOTIS *CRITICIS*, *LOCIS PARALLELIS*, *GLOSSARIO*

ILLUSTRAVIT

GUSTAVUS ERNESTUS HEIMBACH
ANTECESSOR LIPSIENSIS.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLI.

PRAEFATIO.

Quum Harmenopuli Prochiron, quod per terram Graeciam legis vicem hodieque habet, in huius regni usum denuo typis exscribendum esset, Leonida Sguta, strenuo iuris Romani per Graeciam vindice, qui nunc Athenis aetatem degit, item Oswaldo Weigel librario honestissimo hortantibus, totam hanc editoris provinciam in me suscepi. Itaque ut primum circumspicere occoepi, quaenam rei criticae praesidia in oratione Prochiri formanda vel maxime occurrerent, praeter illas copias, quibus Reitzius usus est, duo libri obtigere, qui Hexabiblon habent, id est Constantinopolitanus, unde Zachariae de Lingenthal libros Basilicorum XV.—XVIII. cum scholiis antiquissimis edidit in Supplemento editionis Basilicorum Heimbachianae (Lipsiae 1846. 4.), descriptus ille quidem ab eodem viro l. c. prologomenon §. 2—5. p. III seq., et Haenelianus, quem ipse Haenel inter libros quae possidet, manuscriptos numero 5. retulit in libro *Serapeum, Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft, herausgegeben von Naumann,* Num. 15. mensis Augusti anni 1846. p. 235. Itaque utrumque virum doctum adii, ut eius, qui penes eos est, thesauri copiam mihi facerent, cumque pro eo, quo sunt, bonarum litterarum amore precibus annuissent meis, in villam Grosskmehlen, ubi Zachariae de Lingenthal degit, me contuli, quo et suavitate colloquiorum cum amico praestantissimo habendorum fruerer, et si quid haberet, quod in rem meam verti possit, quam diligentissime anquirerem.

Constantinopolitanus liber, quem mense Decembri 1354. exaratum esse constat, chimicis remediis valde corruptus est, in eoque aliquot folia desiderantur, quae antiquitus excidere. Post leges rusticas, quae in folium 215. desinunt, statim postea Appendix

septem scholiorum interpositus est, quae inde a folio 216 A. usque ad folium 219 A. pertinet, neque ullum titulum praefert. Sunt autem haec: *ἐκ τῶν νομίμων κεφαλαίων καὶ τῆς νεαρᾶς*, quod ad I. 4. §. 73. p. 96. apposui; *ἐκ τῶν νομίμων κεφαλαίων τῶν κειμένων*, quod ad I. 12. §. 66. p. 154. adieci; *ἐκ τῶν κεφαλαίων τοῦδε τοῦ τίτλου*, quod ad II. 2. §. 11. p. 230. expressum est; *ἡ κάτα σύνεσιν* (leg. *συναίνεσιν*) *πρᾶσις*, quod ad II. 3. §. 73. p. 364. legitur; *εἰς τὸν περὶ τόκου τίτλον*, quod ad III. 7. §. 11. p. 428. collatum est; *τὰ δύο ταῦτα τῶν νόμων κεφάλαια*, quod ad IV. 10. §. 38. p. 548. legitur; *εἰς τὸν ... τίτλον ἐν κεφ. ὁ λαβὼν νέον*, quod ad V. 8. §. 74. p. 650. conspicitur. Fuit autem mihi non adeo parvi momenti, quum et scholia, quae plane alia manu, quam ipse liber contextus, ad marginem libri exarata sunt, longi pleniora sint iis, quae in vulgaribus editionibus circumferuntur, et scholiorum, quae ex margine in huius libri orationem venerunt, plenissimum faciat indicium; denique quattuor titulorum, qui ad librum sextum accessere, et in tabula integri operis, quae libro praemittitur, et in speciali libri sexti expositione mentionem faciat, ut ab initio Hexabibli partem fecisse videantur, quam quidem opinionem vel exinde confirmare licet, quod ad finem quarti tituli, qui est *περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων* haec fol. 210. adiiciuntur: *τέλος σὺν θεῷ πάσης τῆς ἑξαβίβλου.*

Haenelianus liber chartaceus est saeculi decimi quinti exeuntis, in 4. et foliis 242. constat. Fuit olim Cardinalis Spadae. Habet fol. 1 — 233. Harmenopuli Hexabiblon cum quattuor titulorum appendice, cui quidem libro *κριτῶν προκατάστασις ἢ περὶ δικαιοσύνης*, atque *κατάκρισις ἐκτεθεῖσα πρὸς κριτάς*, uti in nostra editione, praeferuntur. Unicuique libro tabula titulorum, qui ibi habentur, uti in Constantinopolitano codice, praeponitur, sed ut multae et aliae supposititiae rubricae admixtae sint. Quattuor titulorum appendici fol. 233 A. subiicitur: *τέλος σὺν θεῷ πάσης τῆς ἑξαβίβλου.* Post Hexabibli finem fol. 233 A. legitur scholium, quod incipit ab his verbis: *ἰστέον δὲ ὅτι*, quod editionis nostrae p. 818. legitur; fol. 233 A. *θέσπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ πάπα ῥώμης*; fol. 234 A. tres tomi, qui incipiunt absque ulla rubricae significatione ab his verbis: *ἐπὶ τῆς βασιλείας*; fol. 234 B. *τοῦ ἁγιωτάτου καὶ σοφωτάτου πατριάρχου κυροῦ φιλοθεοῦ ἀνατροπὴ τῶν ἀναγεγραμμένων ἀναθεματισμῶν*, quae quidem omnia inter epimetra Hexabibli p. 820 — 826. composuimus; fol. 236 B. — 241 A. *νόμοι γεωργικοὶ κατ' ἐκλογήν*; fol. 241 A. — 242 B. Harmenopuli epitome canonum, quae quia ad finem libri

folia quaedam excidere, integra non est. Scholia habet si non multa, at certe praestantissima, quae ex illa scholiorum serie, quae in Constantinopolitano habentur, excerpta esse facile sentias. Ipsam libri orationem cum Constantinopolitano codice et Palatino Salmasii, qui sane optimus est, fere ubique consentire videmus.

Reliquorum librorum mss. apparatum etsi Montreuil in libro histoire du droit Byzantin III. p. 363 seq. enumeravit, tamen sunt non adeo pauca, quae ex scriniis mihi amicissimi de Lingenthal addi mereantur, in quo eam, quam Montreuil l. c. expressit, librorum seriem secuturus sum.

Parisiensis liber regius 478. est chartaceus saeculi XV. in folio, duobus potissimum manibus scriptus, quarum prima homilias et Pselli versus politicos, ultimis quinquaginta versibus exceptis, exaravit, secunda autem Harmenopulum et ultimos Pselli versus. Habet: 1. homilias, 2. fol. 109—132. Harmenopuli Hexabiblon cum titulis adiecticiis et legibus rusticis, sed absque tribus tomis, 3. fol. 235—261 A. Pselli synopsin legum. 4. fol. 261 B., 262. *αἱ λέξεις τοῦδε τοῦ βιβλίου κατὰ αβ.*

Parisiensis liber 1338. chartaceus saeculi XV. habet Matthaeum Blastarem et Harmenopuli Prochiron.

Parisiensis liber 1355. chartaceus saeculi, ut de Lingenthal vult, XIV., foliis 433. constat. Inde a folio 304 B. secunda manus librum complevit. Insunt: 1. fol. 1 A. fragmentum Glossarii nomici. 2. fol. 1 A. — 2. Novella Romani *περὶ προτιμήσεως*, quae incipit *γίνωσκε*, 3. fol. 3 B. Divisio librorum, qui Pandectarum sunt; incipit *χρὴ γινώσκειν.* 4. fol. 4—7. tabula Hexabibli, 4. fol. 7—9. fragmentum de obligationibus et actionibus; incipit *οὗτοι οἱ νόμοι.* 6. fol. 12—274 A. Harmenopuli Hexabiblos, cui *κριτῶν προκατάστασις* et *κατάκρισις ἐκτεθεῖσα* praeferuntur; ad finem adscripta est quattuor titulorum appendix cum legibus rusticis. 7. fol. 275 A. fragmentum Epanagoges *περὶ πατριάρχου.* 8. fol. 275 B. — 302. Harmenopuli epitome canonum. 9. fol. 304 B. — 305 A. Novella Constantini Porphyrogennetae *περὶ τῶν ἐκουσίως φονευόντων.* 10. fol. 306 B. — 307 A. *τὰ ἀξιώματα καὶ ὀφφίκια τοῦ Παλατίου.* 11. fol. 307 B. Donatio Constantini. 12. fol. 308 B. — 309 A. *τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.* 13. *ἡ γεγονυῖα ὑποτύπωσις παρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ ὅπως ἔχωσι τάξεως οἱ θρόνοι.* 14. fol. 311—340. de nuptiis prohibitis. 15. fol. 326. *τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἀρμενοπούλου περὶ ὧν οἱ κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἐδόξασαν;* incipit *ἡ αἵρεσις τοῦ Ἀρείου,* quae

apud Leunclavium in Iure Graeco-Romano I. pag. 547. leguntur. 16. *ῥοπαὶ*, Collectio LXXXVII. capitulorum, item XXV. capitulorum, Novellae imperatorum, quae in Appendice Synopseos leguntur, *περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν*. Per hunc librum multa folia scriptura vacua sunt. Harmenopuli prochiron ex aliis iuris fontibus mirum in modum interpolatus, quae quidem interpolationes alias signo solari, alias alio modo significantur. Haec supplementa ex Attaliota, Ecloga Leonis et Constantini et Synopsi Basilicorum, item etiam ex Appendice Attaliotae et Synopseos maximam partem hausta sunt. Vide Zachariae *ὁ πρόχειρος νόμος* prolegomenon p. XV.

Parisiensis liber 1360. chartaceus, foliis 301. constat. Habet 1. Harmenopuli Hexabiblon cum tribus titulis adiecticiis. 2. Donationem Constantini et reliqua, sed absque litteris Philothei. 3. leges rusticas. 4. Harmenopuli epitomen canonum. 4. Eiusdem de fide et sectis libellos. 6. Dispositionem thronorum a Leone factam. 7. De vestimentis officialium quaedam. 8. fol. 300 seq. Sophiani litteras hoc titulo: *τῷ Θεοτιμήτῳ πατρὶ καὶ σοφωτάτῳ διδασκάλῳ τῆς ἐκκλησίας τῷ ἱεράρχῳ φιλαδελφείας ὁ Σοφιανός*; incipit: *ἐμοίγε θεώτατε*; desinit *μεταπίπτειν*. His subiiciuntur: *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος μηνὶ Δεκεμβρίῳ ιδ'. ινδ'. ε'. ἔτους ϛωξ. ἡμέρα δ'.*, quae quidem res annum mundi 6860., Christi 1352. significat.

Parisiensis liber 1361. chartaceus, foliis 207. constans, ad finem mutilus, saeculi XV., ut Zachariae voluit. Olim hos numeros habuit: LXCIII., 1307., 2524. Habet 1. Harmenopuli Hexabiblon, legibus Georgicis in media re interpositis; initium autem Hexabibli mutilum est. 2. Constantini donationem cum tribus tomis et Philothei epistola. 3. Harmenopuli Epitomen canonum, libellos de fide et de sectis. 4. Officia Palatii. 5. Dispositionem thronorum per Leonem. 6. *ἔλεγχος ὧδε τῆς πλάνης τῶν Λατίνων θύτου* (sic) *παρ' οἴκτρου Ματθαίου μονοτρόπου*. 7. Aliquot scripta canonica,

Parisiensis liber 1362. chartaceus, a tribus diversis manibus conscriptus partim saeculi XV. partim XVI. Olim numeros habuit 5., 2523., fuitque Ioannis Haraulti Boistellerii. Habet 1. fol. 1 — 196 A. Harmenopuli Hexabiblon. 2. fol. 196 B. — 197. Constantini donationem cum tribus tomis et Philothei litteris. 3. fol. 198—234. Harmenopuli Epitomen canonum. 4. fol. 234 seq. Eiusdem libellum de fide. 5. fol. 235 — 239. Eiusdem libellum de sectis. 6. Officia Palatii. 7. fol. 241 — 247. Dispositionem thronorum per

Leonem. 8. fol. 248 seq. Diaconi Demetrii Gemisti protonotarii magnae Dei ecclesiae de liturgia patriarchae libellum.

Parisiensis liber 1363. chartaceus in folio, Romae anno p. Chr. n. 1544 a Christophoro Avero Georgii Armeniaci legati Francisci I. apud Paulum III. papam iussu scriptus. Olim numeros habuit DCCLVII., 816., 2052. Habet 1. Harmenopuli Hexabiblou. 2. Eiusdem epitomen canonum et libellos de fide orthodoxa et de sectis. 3. Officia Palatii. 4. Officia ecclesiae. 5. Dispositionem thronorum per Leonem.

Parisiensis liber 1363 A. chartaceus in folio saeculi XVII. In folio ultimo haec notantur: *τὸ παρὸν βιβλίον τὸ λεγόμενον νομοκρίτης ἔγραφα ἐν ἔτει αχοά'. ἐν μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιβ'. διὰ χειρὸς Θεοκλήτου εὐτελοῦς τῶν ἱερομονάχων ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρῳ* (sic) *τοῦ Ἄθωνος, διὰ ἐξόδου δὲ τοῦ πανιερωτάτου ἀρχιερέως κυροῦ Γρηγορίου τοῦ Βατοπαιδινοῦ, οὗ καὶ τὸ κτῆμα ὑπάρχει· καὶ διαναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἀμφοτέρων.* Insunt: 1. *τόμος καινός. Νεόφυτος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥωμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.* Est de quibusdam nuptiis. Incipit: *τῆς ἡμῶν μετριότητος προκαθημένης.* Desinit: *μεγάλης ἐκκλησίας ἐν ἔτει ζριθ'. μηνὶ Μαίῳ ινδ'. θ'.* 2. Harmenopuli Hexabiblos eiusdemque libelli de fide et de sectis, quibus Officia Palatii et Ecclesiae subiunguntur. 3. Dispositio thronorum per Leonem. 4. Titulus Prochiri aucti *περὶ κεκωλυμένων γάμων.* Haec omnia lingua Graecobarbara conscripta sunt.

Parisiensis liber 1386. chartaceus saeculi XV. in 8. Olim inter libros Colbertinos numero 4590. signatus fuit. Insunt: 1. Harmenopuli Hexabiblos cum legibus rusticis et prioribus duobus titulis Appendicis. 2. Eiusdem epitome canonum libellique de fide orthodoxa et de sectis. 3. Dispositio thronorum per Leonem. 4. Officia Ecclesiae. 5. Officia Palatii. 6. Glossarium graecum *κατὰ στοιχεῖον.* 7. *ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν γεγονὸς καθ' ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν.* Incipit: *ἐπεὶ ἐξελέγην.* Desinit: *ὃν ἐξεφώνησε χάριν τούτου.* 8. *πρόσταγμα ὁρκωμοτικόν.* Incipit: *ἡ βασιλεία μου τὸ παρόν.* Desinit: *εἰς τὸ οἰκεῖον δίκαιον.* 9. Epanagoges fragmenta de patriarcha et episcopo. — Hexabiblos mirum in modum aucta est et amplificata, cum et scholia quam plurima ex margine in huius libri orationem irrepserint, passimque singulis titulis *ψευδότιτλα* adiecta habeantur, et denique excerpta satis multa ex Theodoro Hermopolita, quem vocant, Hexabibli paragraphis interposita sint. Cf. Zachariae *ὁ πρόχειρος νόμος* Prolegomenon p. XV.

Parisiensis liber 1388. chartaceus in octavo, saeculi XV., uti Zachariae censuit. Insunt: 1. fol. 1—2 A. fragmentum Theodori Hermopolitani de dilationibus et feriis. 2. fol. 2 — 5 A. Constantini donatio. 3. Iustiniani Novella sexta et quintae principium. 4. fol. 5 B — 12. quomodo patriarcha ad metropolitanos scribat. 5. fol. 13. Epanagoges fragmentum de patriarcha. 6. fol. 13 B. — 16. *περὶ κεκωλυμένων γάμων.* Incipit: *ἡ συγγένεια.* Desinit: *αἱ ψυχαὶ τῶν συναπτομένων.* 7. fol. 16 B. — 17 A. geometrica quaedam. 8. fol. 17 A. — 17 B. fragmentum de noxa. 9. fol. 17 B. — 18 A. Georgii Phobeni de hypobola. 10. fol. 18 A. — 19 A. Iustiniani Novella 8. 11. fol. 19 A. — 20 A. fragmentum ex Theodoro Hermopolitano de procuratoribus. 12. fol. 21 — 245 A. Harmenopuli Hexabiblos cum appendice quattuor titulorum, tribus tomis et Philothei epistola. 13. fol. 245 B. — 249 B. *εἴδησις πῶς ἡ τετραγαμία τῷ βασιλεῖ κυρῷ Λέοντι τετόλμηται καὶ ὅπως* et caet. Incipit: *Λέων.* Desinit: *προέβη.* 14. Dispositio thronorum per Leonem. 15. fol. 256 A. — 257 B. Officia Ecclesiae et Palatii. 16. fol. 257 B. — 262 A. Glossarium nomicum. 17. fol. 262 A. — 266 A. *ποῖαι ἀρεταὶ πρὸ πάντων τοῖς ἄρχουσιν ἁρμόζουσιν.* Singula capitula ita inscripta sunt: *περὶ κριτηρίων βασιλικῶν, περὶ πατριαρχῶν, περὶ βασιλέως, περὶ ἀρχόντων.* 18. fol. 266 A. — 272 A. Leges georgicae. 19. Ioannis Citrii de confessione. 20. fol. 272 B. — 315. Harmenopuli epitome canonum. 21. fol. 316 — 317 A. Eiusdem de fide orthodoxa. 22. fol. 317 A. — 322. Eiusdem de sectis. 23. fol. 323 — 328 A. Romani Novella *περὶ τῶν ὑπεισερχομένων — πενήτων.* 24. Constantini Porphyrogennetae, Basilii iunioris, Manuelis Comneni Novellae. 25. fol. 397 A. — 399. Novella Athanasii hoc titulo: *νεαρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.* Incipit: *εἰ καί τινι τῶν δικαιωθέντων.* Desinit: *βασιλείαν οὐρανῶν. Εἶχε καὶ ὑπογραφὴν πατριαρχικήν.* 27. Sisinnii tomus cum interpretatione Zonarae.

Parisiensis liber 1786. chartaceus in folio minori a duabus manibus satis nitide exaratus est. Olim numeros habuit hos: CIↃL. 1149., 2527. Insunt: 1. de officiis Palatii capita XII. 2. fol. 61 — 62. vacua relicta sunt. 3. fol. 68 — 209. Harmenopuli Hexabiblos cum donatione Constantini, epistola Philothei et legibus rusticis.

Coislinianus liber 154. bombycinus satis recenter exaratus. Habet Harmenopuli Hexabiblon cum Appendice quattuor titulorum et legibus rusticis.

Escorialensis liber S. Laurentii Ω. IV. 11., quem hodie non amplius exstare Montreuil l. c. p. 364. memoriae prodidit, nostra memoria visus descriptusque est a Millero (Catalogues des mss. grecs de la bibliotheque de l'Escurial, Paris 1848.-4. num. 359.). Est chartaceus in quarto, ut vocant, saeculi XIV. Initio libri haec litteris perscripta sunt: *ἡ βίβλος αὕτη ἡ ἔχουσα ἐντὸς τὴν τῶν ἱερῶν καὶ θείων νόμων διαταγὴν ἣν τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Τενέδου καὶ ὑπερτίμου Ἰωσήφ.*

Ottobonianus liber 440. chartaceus in quarto. Habet Hexabiblon cum Appendice trium titulorum, qui cum in folium 205. desinant, ibidem haec perscripta sunt: *τέλος τῆς ἑξαβίβλου. Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἔτους ,ϛωνγ΄.* hoc est anno p. Chr. n. 1345; praeterea autem habet et alia Harmenopuli opuscula. Totus liber denuo perlustratus emendatusque fuit ab eo, qui dicitur *ἱερομόναχος Νεόφυτος ἐν ἔτει ζρε΄.* hoc est anno p. Chr. n. 1597.

Vindobonensis iuridicus graecus numero 10. signatus. Est chartaceus, satis antiquus in quarto et foliis 324. constat. Scriptus est a tribus manibus, quarum secunda incipit inde a folio 293., tertia inde a folio 318. Insunt 1. fol. 1—183. Harmenopuli Hexabiblos cum signis solariis et saturninis et scholiis ad marginem adiectis. 2. fol. 184. Constantini donatio. 3. fol. 184., 185. tres tomi. 4. fol. 185—213. Harmenopuli epitome canonum. 5. fol. 213., 214. Eiusdem libellus de fide. 6. fol. 215—218. Eiusdem de sectis. 7. fol. 218 seq. Officia Palatii, dispositio thronorum per Leonem, officia ecclesiae. 8. fol. 221—292. Theodori magistri oratio in Gregorium Nazianzenum. 9. fol. 293—317. Philothei patriarchae oratio in sanctum martyrem Demetrium. 10. fol. 318—324. Cyrilli homilia in nativitatem Christi.

Vindobonensis iuridicus 11. saeculi vel XIV. vel XV., foliis 217, constans. Habet fol. 1. excerpta ex libro *ῥοπῶν*, postea Harmenopuli Prochiron cum locorum designatione, unde singula fragmenta hausta sunt. In folio 195 B. habetur adnotatio illa chronologica, ex qua Hexabiblos anno post mundi creationem 6852. indictione 14. scripta esse dicitur, quam Montreuil l. c. III. p. 361. not. *e.* protulit.

Vindobonensis iuridicus 12. saeculi vel XIV. vel XV. est. In folio 116 B. adnotatur: *ἐν μηνὶ φεβρουαρίῳ ιβ΄. ινδ΄. ιη΄.*

Vindobonensis historicus graecus 53. saeculi XV. Exaratus esse videtur anno p. Chr. n. 1430. Ab initio Paschalion habetur, cuius annos, qui praeterlapsi sunt, Paschalii istius scriptor cancellavit.

Bodleianus 149., olim Baroccii 149. chartaceus in folio foliorum 207., anno p. Chr. n. 1425 conscriptus, quem Zachariae *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 280 seq. latius descripsit. Insunt: 1. fol. 1 — 11 A. Sisinnii tomi cum commentariis Zonarae. 2. fol. 11 B. — 14 B. septem scholiorum Appendix, quae et in Constantinopolitano legitur. Sunt autem haec: *σχολ. εἰς τὸν περὶ δικαστικῆς ψήφου καὶ ἀποφάσεως τίτλον· α'.* Incipit: *ἐκ τῶν νομίμων;* desinit: *καταδίκην δέξηται,* quod ad I. 4. §. 73. p. 96. appositum est. — *εἰς τὸν περὶ ἀνήβων καὶ ἀφηλίκων τίτλον· β'.* Incipit: *ἐκ τῶν νομίμων ... συνάγεται εἰ μὲν καλῇ πίστει;* desinit: *διαβαίνει,* quod quidem scholium ad I. 12. §. 66. p. 154. adiectum est. — *εἰς τὸν περὶ ἀναργυρίας τίτλον· γ'.* Incipit: *ἐκ τῶν ... συνάγεται ὅτι ἡ ἀναργυρία;* desinit: *δύναται,* quod ad II. 2. §. 11. p. 230. expressum est. — *εἰς τὸν περὶ πράσεως καὶ ἀγορᾶς τίτλον· δ'.* Incipit: *ἐν κεφαλαίῳ οὐκ ἔστι δεδοκιμασμένη ἡ κατὰ συναίνεσιν;* desinit: *τῆς ἑτέρας,* quod ad II. 3. §. 73. p. 364. legitur. — *εἰς τὸν περὶ τόκου τίτλον· ε'.,* quod ad III. 7. §. 11. p. 428. collocatur. — *εἰς τὸν περὶ κληρονόμων τίτλον· ζ'.,* quod ad V. 8. §. 74. p. 650. ascriptum est. — *εἰς τὸν περὶ δικαίου προικὸς τίτλον· ς'.* Incipit: *τὰ δύο ταῦτα;* desinit: *δίδοται,* quod ad IV. 10. §. 38. p. 548. typis mandatum est. 3. fol. 14 B. — 167 B. Harmenopuli Hexabiblos cum *προθεωρίαις* ac praefationibus, ad finem Constantini donatio et tres tomi adscripti sunt, sed absque Philothei litteris. 4. fol. 168 — 200 A. Harmenopuli Epitome canonum; eiusdem libelli de fide orthodoxa et de sectis, Officia Palatii, Dispositio thronorum per Leonem, Officia magnae ecclesiae. 5. fol. 200 A. — 204. Leges georgicae. 6. fol. 205 — 207., quae recentiora sunt, stemma cognationis legitur fragmentaque undecim ex libro IX. et unum Eclogae Basilicorum, quam Theodoro Hermopolitae vulgo attribuunt.

Pleraque Hexabibli exemplaria in monasteriis montis Athonis exstant, quae quidem omnia Zachariae primus vidit et in *Ἀνέκδοτα* prolegomenon p. XII. seq. descripsit. Sunt autem haec:

Διονυσίου liber chartaceus saeculi XIV.; habet Harmenopuli Hexabiblon cum appendicibus. Vide Zachariae l. c. §. VI. num. 9. p. XII.

Τῶν Ἰβήρων liber chartaceus in folio saeculi XV., ab initio mutilus. Insunt: 1. *ἡ ὀργυιὰ ἤγουν ἡ πηχη* (sic) *ἔχει.* 2. *ἐνταλτήριον γράμμα* patriarchae. 3. Epanagoges fragmenta de patriarcha. 4. Disputatio thronorum. 5. Petri Kartophylacis *ἐρωταποκρίσεις.* 6. Sententiae synodales sub patriarcha Xiphilino et

Antonio redditae. 7. Balsamonis ad Marcum responsa. 8. Eiusdem Balsamonis *μελέτη* de anno *ϛψπδ'*. hoc est p. Chr. n. 1276. 9. Harmenopuli Hexabibli liber primus. 11. Excerpta ex Blastoris syntagmate de nuptiis. 11. *ψήφισμα* Ioannis patriarchae de nuptiis. 12. Fragmentum *Πείρας*, quod incipit: *ἐκ τῆς Πείρας ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἀγχιστ.* 13. *σημείωμα συνοδικὸν ἐπὶ Ξιφιλίνου.* 14. *ἕτερα π. περὶ μνηστείας* de anno *ϛφοε'*. hoc est p. Chr. n. anno 1067. 15. Chrysobullum Nicephori, quod incipit: *τὸ ταῖς μεγίσταις.* 16. Novella Alexii, quae incipit: *ἡ μὲν παλαιά.* 17. *ὑπόμνημα*, quod incipit: *δέσποτα.* 18. *Λύσις*, quae incipit: *εἰ μὲν ἄλλο.* 19. Sisinnii tomus de anno *ϛφε'*. hoc est p. Chr. n. 997. 20. *σημειώματα τρία περὶ γάμων*, ex quibus duo ad Demetrium, unum ad Balsamonem refertur. 20. *εἴδησις πῶς ἡ τετρα.* et *ἔκθεσις.* 21. Ecloga Novellarum Leonis. 22. Basilicorum praefatio, quam vocant his verbis: *περὶ τῆς ἐν ὅλοις ξ'. βιβλίοις πάσης νομοθεσίας πεπραγματευμένης αὐτῷ παραλλήλου συναγωγῆς καὶ συντάξεως.* Incipit: *Ἰουστινιανῷ*; desinit: *τεθεσπισμένων.* 23. *τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ τὴν γυναῖκα ἀπογραφήν.* 24. Novellae Manuelis Comneni et Nicephori. 25. *χρυσόβουλλον* Nicephori. 26. Epanagoges titulus *περὶ πατριάρχου.* 27. Leonis Novella *περὶ σωματείων.* 28. Officia Ecclesiae et Palatii. 29. Dispositio thronorum. 30. Catalogi regum et patriarcharum. 31. Novella Athanasii. 32. Moschionis *ὑποθῆκαι* et caet. Vide Zachariae l. c. §. IX. num. 23. p. XV.

Τῆς ἁγίας Λαύρας liber chartaceus in 8. saeculi XIV. Inest Harmenopuli Hexabiblos cum Appendicibus. Vide Zachariae l. c. §. XX. num. 33. p. XIX.

Eiusdem monasterii liber chartaceus in 8. saeculi XIV. Habet Harmenopuli Hexabiblon cum appendicibus, eiusdem Epitomen canonum, libellumque de fide catholica, Dispositionem thronorum. Vide Zachariae l. c. §. XX. num. 34. p. XIX.

Eiusdem monasterii liber chartaceus in 4. *ᾳψκϑ'. ἐγράφη* h. e. p. Chr. n. 1729. Habet Harmenopuli Hexabiblon cum appendicibus, eiusdem Epitomen canonum, et de fide catholica libellum, dispositionem thronorum. Vide Zachariae l. c. §. XX. num. 35. p. XIX.

Transeo ad integritatem Hexabibli demonstrandam, quae quidem disputatio quattuor habet partes; primam, ut de iudicum praeparatione, quae Hexabiblon praecedere solet, videamus; alteram ut de Appendice quattuor titulorum, quae cum Hexabibli libro sexto coniungi solet, dispiciamus; tertiam, ut de epimetro Hexabibli, quod Constantini donationem, tres tomos et Philothei patriarchae litteras ad Harmenopulum datas habet, disquiramus; quartam, ut

leges agrariae num ab initio Hexabibli partem effecerint, disputemus.

Ac primum quidem de iudicum praeparatione, quae in omnibus omnino Hexabibli libris, quod equidem sciam, exstare constat, luculentum est Haeneliani libri scholium, quod pag. 3. iuris publici fecimus: *γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ τὸ βιβλίον τοῦτο συντεταχότος*. Ut proinde ab ipso libri scriptore Hexabiblon adiectum esse, vix ac ne vix quidem dubitari possit.

De appendice quattuor titulorum, quae cum Hexabibli libro sexto coniungi solet, vetustissimi quique libri ipsum Harmenopulum cogitasse testantur. Et Ottobonianus quidem liber 440. anni p. Chr. n. 1345. huic Appendici hanc notam subiecit: *τέλος τῆς ἑξαβίβλου*. Praeterea Constantinopolitanus anni p. Chr. n. 1354. hanc titulorum Appendicem non tantum in generali Hexabibli tabula, quae protheoriae subiungitur, collocavit, de qua re pag. 18. not. 45. dictum est, verum etiam in speciali libri sexti indice composuit, de qua re pag. 725. not. 6—8. disseruimus; denique ad finem huius appendicis similiter hanc subscriptionem habet *τέλος σὺν θεῷ πάσης τῆς ἑξαβίβλου*, de qua re Zachariae in supplemento Basilicorum editionis Heimbachianae prolegomenon §. 3. p. IV. disputavit. Huc accedunt et aliorum librorum testimonia, qui hanc eandem subscriptionem in eodem loco collocaverunt, velut Palatini Salmasii, qui optimae notae est, et Haeneliani, de quibus pag. 819. not. 72. diximus. His ego de causis inducor, ut hanc titulorum appendicem ab ipso adeo Harmenopulo Prochiri libro sexto attributam esse censeam, quod quidem in secunda demum huius Prochiri editione videtur fecisse, quum haec titulorum appendix aliis utatur numeris, quam reliqui libri sexti tituli. Caeterum de numero titulorum, qui in hanc appendicem referuntur, non satis constat. Etsi enim Constantinopolitanus manifesto quattuor titulos referat, quam rem et reliqui libri maximam partem confirmant, de quibus pag. 778. not. 1. dictum est, tamen in antiquissimis libris, velut Ottoboniano 440. anni p. Chr. n. 1345. et Parisiensi 1360. anni p. Chr. n. 1352. non plures, quam tres huius appendicis tituli exstare perhibentur. Quamquam quinam ex quattuor titulis exciderit, in schedis meis adnotatum non est. Nisi forte quartus, qui de ordinatione episcoporum et presbyterorum est, ibi deesse dicatur, qui quidem et in editione principe desideratur, aut etiam in generali rubricarum designatione, una aliqua ex his rubricis forte fortuna omissa, duo tituli in unum coaluisse perhibeantur, quod genus vitii in Haeneliano p. 779. not. 1. notavimus.

Transeo ad epimetrum Harmenopuli, quod Constantini donationem, tresque tomos synodicos et Philothei litteras ad Harmenopulum datas habet p. 821—827. Id licet in longe maxima librorum mss., qui Hexabiblon habent, parte huic libro proxime subiectum esse reperiatur, tamen equidem mihi persuadere non possum, ut ab ipso Harmenopulo pro huius libri parte habitum esse credam. Nam Ottobonianus 440. anni p. Chr. n. 1345 quattuor titulorum appendici, in quam Prochiron desinit, statim anni notam, quo is liber conscriptus sit, subiecit, quae quidem annotatio cum in mss. ad finem totius codicis occurrere soleat, manifesto est indicio Hexabiblon ex alio, quam reliquum huius codicis argumentum, libro transscriptum fuisse in eoque libro fuisse solum, epimetris istis plane destitutum. Praeterea Constantinopolitanus liber anni p. Chr. n. 1354 Hexabibli finem manifesto in quattuor titulorum appendice sistit ibique anni, quo codex scriptus sit, designationem eodem, quo Ottobonianus modo, statim subiicit, quod quidem ad eandem, quam supra posuimus coniecturam refertur; denique epimetra illa, ex quibus ipsae adeo Philothei litterae plane desunt, iam non ab ea, quae Hexabiblon exaravit, manu, sed longe alia eaque recentiori perscripta exhibet; ut proinde haec epimetra recentioribus demum temporibus cum Hexabiblo coaluisse manifesto constet. Denique Philothei litteras in antiquissimis Hexabibli libris ne invenio quidem, velut in Ottoboniano 440. anni p. Chr. n. 1345 (vide Zachariae in libro *kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, fortgesetzt von Schneider.* 11. *Jahrgang.* 22. *Band* p. 637.) Parisiensi 1360. anni 1352., Constantinopolitano anni 1354., quod quidem recentiorem harum litterarum ad Prochiron adiectionem demonstrat. In alia omnia virum praestantissimum Zachariae l. c. ivisse video, qui haec epimetra ab ipso Harmenopulo fortasse in repetita Hexabibli editione adiecta esse credat. Cui quidem opinioni vel maxime tam generalis, qui protheoriae subiicitur, quam specialis libri sexti index obstare videtur, ubi totum Hexabibli argumentum cum quattuor titulorum adiectione longe lateque delineatur, verum huius epimetri mentio non fit.

De legibus agrariis paucis defungi licet. Quum enim in Ottoboniano libro 440. anni p. Chr. n. 1345. manifesto Hexabibli partem non faciant, in Parisiensi 1360. anni 1352 iam non cum ipso Hexabiblo, sed cum epimetris Hexabibli, quae recentioribus demum temporibus adiecta esse supra diximus, coniunctae sint, denique in Constantinopolitano anni 1354. post manifestum Hexabibli finem et anni, quo conscripta est, designationem iisdem epimetris Hexa-

bibli a secunda manu subiiciantur, non possum a me impetrare, ut ab ipso Harmenopulo pro genuina Hexabibli parte habitas esse credam. Huc accedit, quod neque in generali illa Hexabibli tabula, quae Protheorico subiicitur, neque in speciali libri sexti huius operis partem ullo unquam tempore effecisse perhibeantur. Denique tacito non praetereo illorum codicum testimonia, qui has leges vel mediae Prochiri orationi intulere vel inter libri sexti titulum decimum quintum et quattuor vel trium titulorum appendicem interposuere, in quo numero referendi sunt Parisiensis 1361. saeculi XV., is liber, unde editio princeps Suallembergi prodiit, fortasse etiam Parisiensis 1386. saeculi XV. Quae quidem incerta totius rei collocatio hanc huius partis adiectionem recentioribus demum temporibus factam esse manifesto loquitur.

Transeo ad illam disputationem, quae in ipsa Hexabibli oratione ad pristinum nitorem revocanda versatur. Quum enim legum liber, qui multis multorum mortalium in manibus fuit, in plerisque mss. codd. ex alienis fontibus mirum in modum interpolatus sit, et scholiorum, quae ad marginem collocata fuere, verba in ipsam Hexabibli orationem transierint, et pleraeque §§. *ψευδοτίτλοις* quadammodo munitae fuerint, id quod in editione Suallembergi non adeo raro factum videmus esse, non abs re esse visum est supposititias istas §§, quas ex Constantinopolitani libri collatione facile agnovimus, minuta aliqua scriptura indicare; *ψευδότιτλα* ista, quibus editio princeps scatet, vel plane omittere vel certe in criticam huius libri annotationem reiicere; denique scholia, quae in contextum librariorum incuria pervenere, ex Constantinopolitani libri auctoritate in pristinum huius rei statum revocare. In quo genere saepe multumque a Reitzio peccatum esse videmus, qui quum iam non hoc ageret, ut genuinam Harmenopuli orationem exhiberet, sed ut quam plurimis additamentis augeret, ad Cuiacii et Falkenburgi subsidia confugiendum esse putavit. — Fontium, ex quibus Harmenopulus Hexabiblon confecit, indicationem, quae in libris pervetustis, velut Constantinopolitano, in ipso libro contextu fieri solet, in recentioribus autem libris velut Haeneliano partim etiam ad marginem reiicitur, a me quidem impetrare non potui, ut in perpetua libri oratione collocarem. Est enim in plerisque libris, quos adhibui, ita corrupta, ut nihil supra; variat praeterea in multis codicibus, quos superiorum temporum editores inspexere; denique in hoc quidem genere maximam partem destitutus fui Constantinopolitani libri auctoritate, ubi hae quidem indicationes rubro perscriptae fuere, quas quidem rubricas fere omnes chimicis reme-

diis deletas corrosasque videmus esse. Itaque Reitzii exemplum secutus codicum mss. testimonia in notis exhibere malui, quam totam libri orationem novo coniecturae genere mirum in modum inquinare.

Scholiorum ad Hexabiblon scriptorum, quorum numerum tam ex codice Constantinopolitano et Haeneliano, quam ex septem scholiorum Appendice, quae adhuc typis expressa non fuit, augere potui, bonam partem ab ipso Harmenopulo profectam esse mihi persuadeo. Nam et ad IV. 7. rubricam p. 508. semet ipsum prima pluralis numeri persona demonstrat; et ad II. 4. 14. p. 242 seq. ventorum, qui Constantinopoli et Thessalonicae flant, differentiam *diligenter* exposuit ideoque Eparchicon istud, quod interpretatur, in usum Thessaloniae aliter accipiendum interpretandumque esse censuit; denique ad I. 2. 1. p. 34. exempla posuit, quae a Thraciae oppido et Thessalonica repetuntur. In eundem censum potest et illud referri, quod scholia quaedam excerpta ex Epanagoge retulere velut ad I. 4. 42. p. 84., aut ex Peira, qua ipse in libro componendo usus est, velut ad I. 10. 4. p. 132., III. 3. 71. p. 363., V. 9. 17. p. 670., IV. 12. 7. et 8. p. 710 seq. Quamquam certa quaedam scholia ab Harmenopulo proficisci potuisse praefracte nego, velut quae unum alterumque Hexabibli capitulum adsuetudine oblitteratum esse produnt, cuius rei exemplum invenies ad I. 13. 20. p. 163 seq., quod a nobis ad §. 21. male collocatum est, aut quae ex Basilicis translata sunt in eum locum, a quo aliena sunt, ut quae alienissima, *id quod* I. 4. 54. p. 88. factum videmus esse.

Nunc dispiciendum est etiam de fontibus, quibus Harmenopulus in Hexabiblo componendo usus sit et quemadmodum istos in usum verterit suum. Quem quidem locum diligenter tractare non potuissem, nisi egregia viri doctissimi de Lingenthal liberalitate factum esset, ut his, quae adhuc edita non sunt, rei criticae subsidiis uti mihi liceret. Ac primum quidem Prochiro Basilii, quod in allegationibus singularum §§. τὸ τεσσαρακοντάτιτλον appellari solet, Eparchicis, Peira usum esse et ipse memoriae prodidit, et nos in unoquoque fragmento Hexabibli diligenter adnotavimus. Adhibuit autem etiam ῥοπάς, quod in libro: αἱ ῥοπαὶ *herausgegeben von* Zachariae (*Heidelberg* 1836. 8.) p. 253 seq. longe lateque demonstratur.

De Synopsi minori, quae τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον dici solet, indicationes fontium dubitare nos non sinunt, ideoque hunc fontem in notis criticis adlegare non sum veritus. Quamquam raptim me apographum, quod de Lingenthal habet, conferentem non du-

bito, quin aliquot loci effugerint, quos si tempus suppetiisset, reperire potuissem. Usus est autem Harmenopulus aliquo huius libri exemplari, quod epitomas Novellarum Byzantinarum ad marginem adscriptas habuit velut Laurentiano Mediceo, quod hodie plutei LXXX. numerum 16. praefert. Etenim has epitomas maximam partem in ipsam Hexabiblon translatas esse videmus, id quod hac tabula demonstramus. Novella Basilii Porphyrogennetae, quae I. 3. 65. p. 70. legitur, iisdem verbis habetur in Laurentiano ad marginem *τοῦ Μικροῦ Α΄. μβ΄.*; item, quae VI. 6. 21. p. 756. reperitur, ibidem refertur *Φ΄. κγ΄.* — Novella Manuelis, quae III. 3. §. 113. p. 380. est, eodem modo ad *Μικρὸν Α΄.* §. *ὁ ἀγοράσας* exprimitur. — Novella Alexii Comneni, quae IV. 1. 12. p. 468. collocatur, ad marginem *τοῦ Μικροῦ Γ΄. δ΄.* habetur; item quae IV. 7. 14. p. 502. legitur, ex eadem margine *τοῦ Μικροῦ Γ΄. ια΄.* venit. — Novella Constantini Porphyrogennetae, quae IV. 9. 32. p. 532. legitur, sumta est ex margine *τοῦ Μικροῦ Γ΄.* §. *γάμος.* — Novella Nicephori, quae III. 3. 114. p. 382. collocatur, redit in margine *τοῦ Μικροῦ Α΄.* §. *ὁ ἀγοράσας.* — Novella Romani, quae III. 3. 103. p. 372. est, venit ex margine *τοῦ Μικροῦ Α΄.* §. *ὁ ἀγοράσας ἑαυτῷ*, ubi et Romani *τοῦ γέροντος* dicitur esse, licet alias Constantino Porphyrogennetae attribuatur.

Synopsin maiorem item Harmenopulo ad manum fuisse Reitzius saepius monuit. Huius rei argumentum longe fortissimum exinde deducere licet, quod certae quaedam corruptelae et verborum omissiones, quae in Synopsi occurruut, in genuinis Basilicis non item, apud Harmenopulum redeunt. Sic in L. 14. §. 1. D. 25. 1. (de impensis in res dotales) et in Basilicis XXVIII. 10. 14. ed. Heimbach III. p. 299. inter utiles impensas refertur, si quis pecora ad stercorandos agros immiserit; apud Harmenopulum autem IV. 9. 54. p. 558. haec res impensarum necessariarum numero habetur, quia verba ista *ἐπωφελῆ δὲ* non agnoscit, quae item in Synopsi XXVIII. 10. 12. ed. Leunclavi p. 297. excidisse reperiuntur. Huc accedit, quod Harmenopulus, qui ex fontibus, unde hausit, pleraque fragmenta in uno loco posita simul in librum transferre consueverit suum, multos Basilicorum locos, qui in Synopsi Leunclavi in uno loco habentur, eodem modo in Hexabiblo collocavisse deprehenditur. Huc referuntur V. 8. 7. et 8. p. 626., quae licet ex diversis Basilicorum titulis hausta sint, eodem modo in Synopsi ed. Leunclavi p. 335. componuntur; V. 8. 19. et 20., quae licet ex diversis titulis veniant, tamen et in Synopsi p. 335. simul proferuntur; V. 12. 51. et 52., quae ex diversis Basilicorum libris hausta

sunt, verum eundem tenorem etiam in Synopsi p. 261. servant. Denique et Ecloga Novellarum Leonis Harmenopulus usus esse reperitur, quae in libris mss. Synopsis maioris appendicem facere solet. Utrum etiam integra Basilicorum oratione Harmenopulus usus sit necne, inter viros doctos valde quaeritur. Sed et quae l. l. 7. p. 23. proferuntur, de solis Basilicis intelligi possunt, de Synopsis maioris confectione non item; et in notis criticis multos locos adnotavi, quos quum in Synopsi non invenerim, ex Basilicis haustos esse puto, id quod in quattuor titulorum Appendice h. e. in titulo de regulis iuris plus semel redit.

Ecloga Leonis et Constantini, quae XVIII. titulis constat, Harmenopulus in libro sexto conficiendo saepe multumque usus est, quum ius criminale Byzantinorum fere totum ex hoc fonte derivetur. Quam quidem rem in notis semper ubique quanta maxima potui diligentia indicavi.

Novellarum Leonis numeri, qui apud Harmenopulum habentur, longe maximam partem cum Ecloga harum Novellarum conveniunt, quam quidem rem ex tabula, quam Montreuil l. c. II. p.307 seq. exhibuit, facile demonstramus. In quo illud quidem praefandum est, apud hunc quidem scriptorem Eclogae numeros uno minores referri, quia Novellam Leonis primam, quae in principio Eclogae collocari solet, numerare supersederit, quo errore sublato, usque ad Eclogae Novellam 39. mira utriusque rei apparebit consonantia. Qui autem postea referuntur numeri, apud Harmenopulum uno minores referuntur, ut in illo Eclogae exemplari, quo usus est, Novellam 39. et 40. in unum coaluisse videas, id quod vel propter alicuius rubricae omissionem facile accidere potuit. Illud quidem uno verbo monere licet, quod ipsa adeo Eclogae verba saepenumero in Harmenopuli Hexabiblon translata sint, quae res illam, quam supra posui coniecturam omni ex parte confirmat. En tibi Eclogae numeros ex iis, quae supra diximus correctos, quos cum Harmenopuli allegationibus in unum componere animus est: Eclogae numerus 9. apud Harmenopulum V. 8. 94. not. *o*. p.662., numerus 10. apud Harmenopulum IV. 1. 24. p. 472., numerus 12. apud Harmenopulum IV. 13. 5. not. *n*. p. 568., numerus 13. apud Harmenopulum IV. 10. 30. p.544., numerus 14. apud Harmenopulum IV. 13. 6. not. *o*. p.570., ubi ipsa verba Eclogae referuntur; numerus 15. apud Harmenopulum IV. 2. 10. p. 478., numerus 16. apud Harmenopulum I. 17. 8. p.186., numerus 17. apud Harmenopulum II. 8. 4. p.318., numerus 19. apud Harmenopulum VI. 2. 14. p. 736., numerus 20. apud Harmenopulum IV. 15. 4. p.576., nume-

rus 25. apud Harmenopulum V. 1. 19. p. 594., numerus 27. apud Harmenopulum V. 1. 6. p. 592., numerus 29. apud Harmenopulum III. 1. 17. p. 338., numerus 30. apud Harmenopulum II. 1. 54. p. 222., ubi liber Salmasii numerum 38. praefert, numerus 34. apud Harmenopulum V. 12. 33. p. 714., numerus 35. apud Harmenopulum V. 1. 22. p. 596., numerus 38. apud Harmenopulum I. 9. 7. p. 122 seq. Reliqui numeri, uti supra dictum est, apud Harmenopulum uno minores habentur, velut numerus 40. apud Harmenopulum V. 1. 7. p. 592. est trigesimus nonus; numerus 41. apud Harmenopulum III. 3. 7. p. 346. quadragesimus habetur; numerus 53. apud Harmenopulum V. 8. 82. p. 655. est quinquagesimus secundus; numerus 54. apud Harmenopulum I. 2. 33. p. 42. est quinquagesimus tertius; numerus 55. apud Harmenopulum I. 2. 4. p. 36. est quinquagesimus quartus, de qua re p. 37. not. 7. dictum est, licet alia exemplaria numerum 4. praeferant. In numero 56. Harmenopulus in viam redire videtur, quum IV. 1. p. 466. eundem numerum habeat. In hac tabula conficienda tantummodo illis testimoniis usi sumus, quae certam indubitatamque causam habent, ideoque si quando Harmenopulus ab eo ordine recedere videatur omisimus, cuiusmodi illud est, quod numerus 2. apud Harmenopulum V. 4. 3. p. 612. primo loco refertur, aut quod numerus 42. in aliquot Harmenopuli libris IV. 13. 7. p. 570. not. *p*. quadragesimus dicitur, aut denique quod numerus 43. apud Harmenopulum VI. 1. 6. p. 729. in quibusdam libris in quadragesimum primum exiit. Quae quidem aliis viris, qui nos et doctrina et ingenii sagacitate superant, iudicanda relinquimus.

Praeter Eclogam Leonis Novellam etiam integra Novellarum 113. collectione, quam Scrimgerus ex Veneto libro edidit, Harmenopulus usus esse potest, quum praesertim numerus 110. apud Harmenopulum I. 13. 34. p. 166., itemque numeri 111. et 112. apud Harmenopulum IV. 1. 15. p. 470. cum hac re consentiant. Nisi forte quis credat huiusmodi allegationes ex margine *τοῦ Μικροῦ κατὰ στοιχεῖον*, ubi plus semel occurrunt, sumtas atque prout iacebant in Hexabiblon translatas esse.

Epanagoge in scholiis conficiendis usum fuisse supra dictum est; praeterea etiam longe maximam quarti tituli, qui Appendicis quattuor titulorum est, partem ex eodem fonte prodiisse p. 808 seq. scripsimus, quum hunc titulum cum Pseudo-Ecloga Leonis et Constantini, quae in Iure Graeco-Romano Freheri exstat, conferremus.

Quam Protheoriae *κατάκρισιαν ἐκτεθεῖσαν εἰς τοὺς κριτὰς* pag. 8. praemitti videmus, hanc ego ex Attaliotae Appendice hau-

stam esse credo, ubi plus semel occurrit, velut in Parisiensibus Graecis 1358. fol. 358. A., et 1359. et 1263.; aut ex Prochiri exemplaribus deprompta esse potest, ubi inter *πίνακα* et praefationem interponi solet, velut in Parisiensi Graeco 1368., 1384., aut Vindobonensi iuridico 3. et 7. Occurrit autem etiam in Parisiensi Graeco 1356., ubi tractatui *περὶ κριτηρίων βασιλικῶν καὶ πατριαρχικῶν καὶ ἐπαρχικῶν*, qui fere totus in scholia Harmenopuli translatus est, subiicitur.

Denique sententiarum synodalium patriarcharum Constantinopolitanorum, praesertim in his titulis, ubi de matrimonii iure agitur, satis magnus usus fuit, quas quidem cum et typis exscriptae sint et a nobis suo quaeque in loco indicatae, hoc loco repetere animus non est. Unam ex hoc numero excipio Athanasii patriarchae Novellam, qua Harmenopulus semel ipse usus est V. 8. 9. p. 628., bis autem, qui Hexabiblo recentiora intexuit, id est V. 8. 91. p. 662. et VI. 6. 6. p. 754. Hanc enim, quia adhuc inedita iacet, hoc loco ex libris mss. integram apponere volumus. Atque codices mss. quidem, in quibus perscripta est, hanc Novellam vel in irregulari Synopseos maioris appendice exhibent, velut Parisiensis regius 1357. A., Laurentianus Mediceus plutei IV. codex 10., de qua re vide Montreuil l. c. II. p. 447., vel cum Prochiro aucto coniunxere, velut Parisiensis 1351. A. 1356., de quo vide *ῥοπὰς* ed. Zachariae pag. 52., vel etiam Synopsi minori, quae *τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον* dicitur, apposuere, velut Parisiensis 1382., de quo vide *ῥοπὰς* p. 62., vel cum Blastare composuere, velut codex *τῆς ἁγίας Λαύρας* in monte Athone, num. 12., de quo Zachariae *Ἀνέκδοτα* Prolegomenon §. XX. p. XVIII. retulit, aut denique Harmenopuli Appendicibus subiecere, velut liber, qui est *τῶν Ἰβήρων* in monte Athone, num. 23., de quo idem Zachariae *Ἀνέκδοτα* Proleg. §. IX. p. XV. nos certiores fecit. Praeterea occurrit etiam in Parisiensi regio 1263. fol. 249., ubi primum huius Novellae capitulum miro modo augetur et amplificatur, et Vindobonensi iuridico 3. Titulus Novellae in codd. mss. variat. Etenim in purioribus exemplaribus, quae irregularem Synopseos maioris appendicem habent, velut Parisiensi 1357. A. ita conceptus est: *Ἀθανασίου τοῦ χρηματίσαντος Κωνσταντινουπόλεως περίληψις τῆς νεαρᾶς*, id quod et in Appendice Prochiri aucti occurrit, velut in Parisiensi 1351. A., licet a secunda demum manu ad marginem adscriptum sit. In Parisiensi 1356. fol. 270. *Ζήτησις τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀθανασίου καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Ἀνδρόνικον τὸν Παλαιόλογον περί τινων κε-*

φαλαίων νομίμων, τύπον ἔχουσα νεαρᾶς, ἥτις καὶ ἐστέρχθη τότε παρὰ τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως; in Parisiensi 1263. fol. 249. haec a recentiori manu perscripta sunt: ψήφισμα τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Ἀθανασίου καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ συνόδου; in Vindobonensi iuridico 3. νεαρὰ ἐκτεθεῖσα παρὰ τοῦ παναγιωτάτου ἢ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀθανασίου κατὰ μῆνα Οκτώβριον τῆς γ'. ινδ. τοῦ ,ϛωιγ'. ἔτους ἔχουσα οὕτως, quae quidem temporis designatio ab ea, quae in Parisiensi 1357. A. habetur, aliquantulum recedit; in Parisiensi 1382., ubi tantummodo excerpta huius Novellae referuntur, fol. 3. ἐκ τῆς νεαρᾶς τῆς γενομένης παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου ἐπὶ τῆς πατριαρχείας κυροῦ Ἀθανασίου. In tali tantoque librorum mss. diversitate illud unum affirmo vocem νεαρᾶς, in quam longe plurimi consentiunt, genuinam videri. Habemus autem si non plures, at certe duas huius Novellae recensiones, quarum una in irregulari Synopseos maioris appendice legitur, velut in Parisiensi 1357. A., altera in Prochiri aucti auctariis occurrit, velut in Parisiensi 1351. A. Illam ego genuinam esse iudico, hanc recentiori manui deberi. Cuius iudicii hoc loco reddi possunt caussae ut opinor satis idoneae. Ac primum quidem istic sententiae breves nervosaeque occurrunt, quae in altera recensione verborum amplificatione quasi disuuntur et franguntur, id quod manifestum interpretis indicium habet. Deinde quae in altera scholia occurrunt, in altera non item, non dubito quin recentiorum temporum vestigia habeant. Denique genuina Harmenopuli oratio V. 9. 8. p. 628. qua Novellae caput 4. significatur, manifesto Synopseos maioris recensionem sequitur, Prochiri aucti non item; item qui Hexabiblo VI. 6. 6. p. 754. recentiora intexuit, voces τῷ φονευθέντι exhibuit, quae quidem in Novellae cap. 5. manifesto exstant, in Prochiri aucti recensione autem aliis verbis permutantur id est τῷ παθόντι τὸν φόνον. His quasi cuiusdam fundamenti loco positis, genuinam illam, quae synopseos maioris est, huius Novellae recensionem ex Parisiensi libro 1357. A. subiiciam, in notis commemoraturus, si quid Parisiensis 1351. A. ab huius rei fide abit.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΧΡΗΜΑΤΙΣΑΝΤΟΣ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΠΕΡΙΛΗΨΙΣ ΤΗΣ ΝΕΑΡΑΣ.

Εἰ καί τινι τῶν δικαιωθέντων ἀπὸ Χριστοῦ εἰθύνειν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἧς ἔλαβε τῶν ἐθνῶν πρὸς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς κληρονομίαν ποτὲ μόνην, εἴπερ τε ἄλλο τῶν ὅσα ταύ-

τὴν κατακοσμεῖ ἀσυγκρίτως ὑπερκεῖσθαι πάντων, ὀρθῶς[1] καὶ φρονεῖν καὶ κρίνειν καὶ ἐγκολποῦσθαι[2] καὶ ἐκδικεῖν καὶ εἴξειν εἰς δύναμιν μετὰ θεὸν ἐξεγένετο τὴν εὐσέβειαν[3], ἐξόχως οἶμαι τοῦτο[4] καταπλουτῆσαι καὶ ταύτην μόνην[5] ἡγεῖσθαι[6] ἐντρύφημα καὶ γαυρίημα καὶ δόξαν καὶ βασιλείαν[7] τὴν ἐκ θεοῦ βασιλείαν σου· καὶ γένοιτο ταύτῃ πρὸς τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν καὶ θεοῦ τῶν ὅσοι ταύτης ἠξίωνται ὑπεραρθῆναι μειζόνως, δι' ἧς αὐτὴ μὲν οἰκείωσις πρὸς θεὸν τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ δόξα[8] καὶ παντὸς ἀγαθοῦ τῷ ὑπηκόῳ ἐπίδοσις, ὡς λελογίσμεθα[9] καὶ ἡμεῖς καὶ εὐχόμεθα καὶ ἐλπίζομεν, ἧς[10] καὶ θαῤῥοῦσα ἡ σήμερον ὧδε εὑρισκομένη πληθὺς σὺν ἡμῖν τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων[11] ὁ Ἡρακλείας φημί, ὁ Ἀγκύρας, ὁ Σάρδεων, ὁ Χαλκηδόνος, ὁ Πισιδίας, ὁ Ἀπαμείας, ὁ Κρήτης, ὁ Διδυμοτείχου, ὁ Φιλιππουπόλεως, ὁ Χερσῶνος, ὁ Προκονήσου, ὁ Κίου, ὁ Θερῤῥοίας, ὁ Ἀχεράους, ὁ Περγάμου, ὁ Βυζίης[12], ὁ Μισήνης, ὁ Λέρκου, ὁ Καρπάθου, οἱ ὑπὸ Ψήφωνι Δυῤῥαχίου καὶ Λωπαδίου ταύτην αὐτὴν ποιούμεθα τὴν ἀναφορὰν[13] τῇ μὲν πολιτείᾳ ἀδιστάκτως ἐπωφελῆ, τῷ δὲ ζήλῳ τῆς ἀγαθῆς σου καὶ βασιλικωτάτης ψυχῆς περὶ τὰ καλὰ[14] πρεπωδεστάτην καὶ συνετὴν καὶ εὐνομίαν τοῦ ὑπηκόου[15] καὶ δὴ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀποιχομένοις ἀπονέμησιν πρόσφορον, ἐξ ὧν ἀποκείσεται πλουτισμὸς καὶ θεϊκῆς μισθαποδοσίας καὶ οὕτως ὑπερφεροῦς[16] τῇ ἐκ θεοῦ βασιλείᾳ σου καὶ εἰς μνημόσυνον ταύτης ὑπάρξει αἰώνιον[17]. Ἔχει δὲ οὕτως·

α'. Τοὺς μὴ ἐπὶ παιδὶ τελευτῶντας[18] ἄνδρας ἢ γύναια[19]

1. 1351. A. ἐξόχως πάντων ὑπερτερεῖν ὀρθῶς.

2. Sic Schedae meae; ἐγκαλποῦσθαι alias.

3. Pro καὶ ἐκδικεῖν — εὐσέβειαν 1351. A. habet τὴν εὐσέβειαν ἐξεγένετο.

4. Pro ἐξόχως οἶμαι τοῦτο 1351. A. habet ἀσύγκριτα τούτου οἶμαι.

5. κλέος interponit 1351. A.

6. In 1351. A. καὶ interponitur.

7. Pro γαυρίημα — βασιλείαν 1351. A. habet γαυρίαμα καὶ δόξης ἀδιαδόχου καὶ βασιλείου φρενὸς ἐμπόρευμα μεγαλοφυές.

8. Pro δι' ἧς — δὲ δόξα 1351. A. habet δι' ἧς ἐγγύτης σοι πρὸς θεὸν καὶ οἰκείωσις καὶ δόξα τῇ ἐκκλησίᾳ.

9. ὡς ἡμεῖς λογιζόμεθα 1351. A.

10. οἷς 1351. A.

11. 1351. A. subiicit μηδὲν ἄλλο πνεόντων καὶ δι' εὐχῆς τιθεμένων ἢ τὸ ἐπιβιῶναι πᾶσαν τὴν ποίμνην Χριστοῦ εἰρηναίως καὶ θεαρέστως ἰθυνομένην πρὸς ἅπαν λυσιτελοῦν καὶ σωτήριον.

12. Desunt in 1351. A. ὁ Ἀχεράους, ὁ Περγάμου, ὁ Βυζίης.

13. Pro ταύτην — ἀναφορὰν 1351. A. habet τὰ τῇδε· κρατῆσαι εἰς νεαρὰν ἀναφορὰν πεποιήμεθα.

14. Pro τὰ καλὰ 1351. A. habet βέλτιστα.

15. Pro εὐνομίαν τοῦ ὑπηκόου 1351. A. habet καὶ πρὸς τὸ εὐνομεῖν τὸ ὑπήκοον καὶ δήπουθεν.

16. Pro μισθαποδοσίας - ὑπερφεροῦς 1351. A. habet μισθαποδοσίας ἐκεῖθεν πρεπωδεστάτης.

17. Pro αἰώνιον 1351. A. habet ἐπαινετὸν καὶ αἰώνιον· περιεχούσης τὰ τῆς αἰτήσεως. An voluit παρεχούσης, ut ad superius ταύτης referatur?

18. Pro τελευτῶντας 1351. A. habet τελευτῆσαι φθάσαντας.

19. Pro ἢ γύναια 1351. A. habet τε καὶ γυναῖκας.

μὴ ἁρπαγὴν ὑπομένῃ τῶν ὑπαρχόντων τὸ ἐναπολειφθὲν παντελῶς μέρος ἀβίωτον ὄντως καὶ διπλῆν συμφοράν, καθὰ καὶ ἀβιωτίκιον ἁρμοζόντως ἐκάλεσαν[20], οὐ[21] παρὰ τῶν τὰ δημόσια διενεργούντων, οὐ[22] παρὰ τῶν εἰς παροικίαν ἐχόντων αὐτοὺς ἢ καὶ ἐκκλησιῶν[23] ἢ μονῶν, ἀλλ' ἔχειν ἡ δεσποτεία τοῦ βίου τὸ τρίτον[24], τὸ τρίτον ὁ ἀπελθών, καὶ τὸ τρίτον ὁ ζῶν·[25] εἰ δὲ οὕτως[26] ἀπέλθῃ[27], πατρὶ ἢ μητρὶ ἢ ἀδελφῷ[28] ἀνήκει αὐτῷ·[29] εἰ δὲ μὴ ἔξει τινὰ τῶν ῥηθέντων, ὑπάγειν τότε τῇ δεσποτείᾳ τὸ ἥμισυ καὶ μνημοσύνης χάριν[30] ἐκείνου τὸ ἥμισυ.

Ἕτερον·[31]

β'. Καὶ ἵνα πάσαις ταῖς[32] πόλεσι κηρυχθῇ, ἀτιμώρητον[33] μὴ ἐᾶν τοὺς ἁλόντας πορνείᾳ, μοιχείᾳ, αἱμομιξίᾳ, ἀῤῥενομανίᾳ, γοητείᾳ ἢ ἄλλο τι τῶν ὅσα εἰς χόλον θεοῦ καὶ βλάβην ψυχῶν ἀναίδην προβαίνοντα, ἀλλ' ἐκδικεῖσθαι νομίμως καὶ φιλανθρώπως, ἐπεὶ καὶ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ ἠξιώται θεοῦ διάκονος διὰ ταῦτα ὁ ἄρχων ὀνομασθῆναι· ὡς μήτε εἰκῇ φορεῖν τὴν μάχαιραν, τό τε ἔκδικον εἰς δικαίαν ὀργὴν τοῖς τολμῶσι παρανομεῖν καὶ τὰ χείριστα διαπράττεσθαι.

Ἕτερον·

γ'. Καὶ ἵνα προκηρυχθῇ[34] γυναῖκα μὴ ἐπιῤῥίπτειν καὶ μᾶλλον παρθένον τῷ βουλομένῳ αὐτήν[35], ἀλλ'[36] εἰ μὲν πάθῃ βίαν[37]

20 Pro *παντελῶς — ἐκάλεσαν* 1351. A. habet *παντελῆ τὸ μέρος ἔχειν τῶν ὑπαρχόντων τὸ εὑρισκόμενον ζῆν συμφορὰν ἀπάνθρωπον καὶ διπλῆν καὶ πάντη ἀβίωτον ὡς ἔστι καὶ ἁρμοζόντως κοινοπλεκτούμενον.*

21. Pro *οὐ* 1351. A. habet *μή.*

22. Pro *οὐ* 1351. A. habet *μή.*

23. Ante *ἐκκλησιῶν* 1351. A. intrudit: *αὐτοὺς ἐχουσῶν ἐκκλησιῶν.*

24. Pro *ἔχειν — τὸ τρίτον* 1351. A. habet *τὸ τρίτον τοῦ βίου ἐκείνου τῇ δεσποτείᾳ.*

25. Pro *τὸ τρίτον ὁ ἀπελθὼν — ὁ ζῶν* 1351. A. habet *τῷ ἀπελθόντι καὶ τῷ ζῶντι τὸ ἕτερον.*

26. Pro *οὕτως* 1351. A. habet *καὶ οὗτος.*

27. *ἀπέλθοι* 1351. A.

28. Pro *ἀδελφῷ* 1351. A. habet *ὁμαίμονι.*

29. Pro *ἀνήκει αὐτῷ* 1361. A. habet *ἐστὶ τὸ ἀπὸ νόμου κληρονομεῖν.*

30. Pro *εἰ δὲ μὴ ἔξει — χάριν* 1351. A. habet *εἰ δέ γε μηδεὶς τῶν ῥηθέντων προσῇ τῷ ἀποιχομένῳ, τῷ δημοσίῳ τό τε ἥμισυ καὶ μνημοσύνοις.*

31. Deest in 1351. A.

32. In 1351. A. subiicitur *ἡμετέραις.*

Ὁ ἔχων οὐσούφρουκτον ἀγροῦ ἢ οἴκου δίκαιον λέγεται ἔχειν καὶ δίκαιον οὐ πραγματικὸν ἀλλὰ προσωπικόν, καὶ ἕως οὐ τοῖς ζῶσι συναριθμεῖται, ἀπολαύει τῆς χρήσεως τῶν καρπῶν (οὐσούφρουκτος γὰρ κατὰ Ῥωμαίους ἡ χρῆσις λέγεται) καὶ ἀποκερδαίνει αὐτάς (Reitzius vel *αὐτοὺς* vel *αὐτὴν* legi vult) *· τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ σβέννυται ἡ χρῆσις καὶ εἰς κληρονόμους οὐ διαβαίνει · διὰ τί; διότι προσωπικὸν ἦν τὸ δίκαιον καὶ συνεσβέσθη τῷ προσώπῳ τοῦ τελευτήσαντος. Εἰ δ' ὁ τελευτήσας ἐχρεωστεῖτο παρά τινος ρ'. ιι. ἢ εἶχεν ἀγωγὴν περὶ κτήματος διαφέροντος αὐτῷ δεσποτικῶς, ἔχει ταῦτα καὶ ὁ κληρονόμος, διότι οὐκ εἰσὶ προσωπικά, ἀλλὰ τῆς οὐσίας · ὡσαύτως καὶ ὁ κοινωνὸς εἰ χρεωστεῖ τῷ κοινωνῷ καὶ ὁ ἀνὴρ εἰ χρεωστεῖ τῇ γυναικὶ τὴν προῖκα αὐτῆς διαζυγείσης ὑπ' αὐτοῦ, καταδικάζονται καὶ ἀπαιτοῦνται οὐχ ὁλόκληρα τὰ χρέη, ἀλλὰ μέχρις εὐπορίας, καταλιμπανομένων αὐτοῖς τῶν ἐξαρκούντων εἰς ἀποτροφήν · ἀλλὰ τοῦτο τὸ προνόμιον καὶ τὸ δίκαιον ὡς προσωπικὸν οὐ διαβαίνει εἰς κληρονόμους, ἀλλὰ τελευτήσαντος τοῦ κοινωνοῦ ὁ τούτου κληρονόμος ὁλόκληρον ἀπαιτεῖται τὸ χρέος · ὡσαύτως καὶ ὁ τοῦ ἀνδρὸς κληρονόμος ὁλόκληρον ἀπαιτεῖται τὴν προῖκα, μὴ παρεωμένων αὐτῷ τῶν πρὸς διατροφὴν ἀρκούντων, εἰ μήπου παῖς ἐστι κοινὸς*

Usumfructum habens agri aut domus dicitur ius habere, et ius quidem non reale sed personale, et donec in vivis numeratur, usufructu gaudet, eumque lucratur: eo autem moriente, usufructus exstinguitur neque ad heredes transit. Cur? quia personale erat ius et cum persona defuncti perimitur.

Sed si defuncto debebantur a quopiam centum aurei, aut si habebat actionem in rem iure dominii ad ipsum pertinentem, haec et heres habet, quia non sunt personalia, sed patrimonii. Similiter et socius si socio debet, et maritus si uxori dotem debet, ubi ab eo diverterit, condemnantur et poscuntur non integra debita, sed quoad facere possunt, ut iis relinquatur quod ad victum sufficit: sed hoc privilegium et ius, utpote personale, ad heredes non transit, sed mortuo socio ab herede eius totum debitum exigitur: similiter et ab herede mariti tota repetitur dos, neque relinquitur ei, quod ad victum sufficiat, nisi communis filius sit viri et mulieris dotem repetentis: nam et hic pro facultatibus condemnatur non hereditatis iure, sed quoniam filius est: nam et filius et pater

piat, quantum lex ei dat pro triente ab intestato debito, et omni reliquo privetur.

Quod si huiusmodi persona non sit neque iussa intra dictum tempus impleverit, nihil omnino ex relictis sibi capiet.

Initium autem anni, inquit, damus ex iudicialis decreti admonitione.

Impuberibus autem et minoribus haec lex nihil praeiudicat.

In delictis non ad poenam, sed ad id quod pervenit, tenetur heres.

Tunc ad id, quod pervenit, obligatur heres, quum non ex proprio sed defuncti dolo obligatur.

Heres idem iuris habet, quod defunctus.

Hereditas est successio in universitatem iuris, quod defunctus habuit.

τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς τῆς ἀπαιτούσης τὴν προῖκα· τότε γὰρ καὶ οὗτος μέχρις εὐπορίας ἀπαιτεῖται, πλὴν οὐ τῷ δικαίῳ τῆς κληρονομίας, ἀλλὰ τῷ προνομίῳ τῆς νιότητος· καὶ ὁ υἱὸς γὰρ μέχρις εὐπορίας ἀπαιτεῖται καὶ ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ· γίνωσκε δὲ ὅτι τὰ ἁρμόζοντά τινι δίκαια ἢ προσωπικά εἰσι καὶ τῇ τελευτῇ τοῦ προσώπου σβεννύμενα, ἢ πραγματικὰ καὶ τῆς οὐσίας καὶ διαβαίνουσι καὶ εἰς κληρονόμους.

et mater in quantum facere possunt, conveniuntur.

Scias denique, iura alicui competentia aut personalia esse et cum morte personae pereuntia, aut realia et patrimonialia, quae ad heredes quoque transeant.

γγ. H. *ἀνα. κεφ. ξα΄. τοῦ αὐτοῦ.* Similiter Salm. Est Synopsis II. 3. 61. p. 20. Huc refertur id, quod sequitur scholium, quod in C. II. deest:

Τὸ τῆς διαδοχῆς ὄνομα πολυσήμαντόν ἐστι· λέγεται γὰρ διάδοχος καὶ ἀπὸ δωρεᾶς Πέτρου ἢ πράσεως, ἀπὸ ἀνταλλαγῆς ἢ ἀπὸ λήγατου λαβεῖν πρᾶγμα τοῦ Πέτρου· ἀλλ' οὗτοι εἰ καὶ διάδοχοι λέγονται, ἀλλ' οὐ λέγονται δικαίου διάδοχοι, ἀλλὰ πράγματος, καὶ δῆλον ἐκ τούτου. Ὁ Πέτρος ἔχων ἀγρὸν τὸν Γρηγοριανὸν ὡμολόγησε διδόναι τῷ ἀγρῷ τοῦ ὁμοροῦντος κατ' ἔτος ρ΄. μοδίους σίτου ἐκ τοῦ ἀγροῦ τοῦ Γρηγοριανοῦ· εἶτα πέπρακε τὸν Γρηγοριανὸν ἀγρὸν πρὸς τὸν Παῦλον· ὁ Παῦλος οὐκ ἀπαιτηθήσεται τοὺς ἑκατὸν μοδίους τοῦ σί-

Successionis vocabulum multa significat: dicitur enim successor Petri, et qui ex donatione vel venditione aut permutatione, vel ex legato rem Petri nactus est: sed hi, licet successores adpellentur, non tamen successores iuris vocantur sed rei, idque hinc planum fiet. Petrus fundum Gregorianum habens spopondit se daturum fundo vicini quotannis centum modios frumenti ex fundo Gregoriano: post illa fundum Gregorianum vendidit Paulo. Iam Paulus centum frumenti modios non poscetur a possessore confinis fundi,

23. *ὁπόσων* H.

24. Sic H. Synopsis p 336. *αὐτῷ ὁ νόμος* Reitzius.

25. Sic Reitzius ex Synopsi p. 336. deest *ἄλλο* in H. alias.

26. Pro *τοιοῦτον* H. *τοῦτον* habet.

27. *καταλελειγμένων* H.

28. Pro *ὅτε* H. *οὔτε* habet.

29. *οὐκ* in H. defuit, sed a prima manu iam supra lineam ascriptum fuit *οὐ*. Synopsis p. 19. *οὐκ ἐξ*.

30. *ἐνέχεται* H. et C. *ἐνάγεται* Synopsis p. 19. Reitzius.

31. Deest *ἡ* in libro Salmasii, sed contra H. Synopsis p. 20.

32. *διαδοχὴν* liber Salmasii sed contra H. Synopsis p. 20.

56 Ὅπου[a] ἡ κληρονομία, ἐκεῖ καὶ ἡ ἐπιτροπὴ χωρὶς γυναικός.

57 Οὐδεὶς[a] πλέον οὖ ἔχει, τῷ ἰδίῳ παραπέμπει κληρονόμῳ.

58 Ὅτε[b] ἀπὸ δόλου τοῦ τελευτήσαντος εἰς τὸ περιελθὸν[x] ὁ κληρονόμος ἐνάγεται, ἀρκεῖ πρὸς ῥοπὴν περιελθεῖν εἰς αὐτόν.

του παρὰ τοῦ ἔχοντος τὸν ἀγρὸν τὸν ὁμοροῦντα, διότι πράγματος γέγονε διάδοχος, ἤγουν τοῦ ἀγροῦ, οὐ μὴν καὶ τῆς ἐπερωτήσεως ἤτοι τῆς ὁμολογίας, ἥτις ἐστὶν ἀσώματον δίκαιον καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ ὁμολογήσαντος ἐμπεγνυμενον. Λέγεται διάδοχος καὶ ὁ κληρονόμος, εἴτε ἀπὸ διαθήκης ἐστὶν εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου· καὶ διάδοχος οὐχὶ πράγματος ἑνὸς ἢ δικαίου ἑνὸς τυχὸν ἀγωγῆς μιᾶς, ἀλλὰ παντὸς δικαίου, ὅπερ ὁ τελευτήσας εἶχεν, οἷον ὡς ἐπὶ ϑέματος τοῦ ἀνωτέρου· ἐτελεύτησεν ὁ Πέτρος ὁ τὸν Γρηγοριανὸν ἔχων· ἐκληρονομήϑη παρὰ τοῦ Παύλου· ὁ Παῦλος ἀπαιτηϑήσεται τοὺς ρ'. σίτου μοδίους ἰσχυρῶς· γέγονε γὰρ διάδοχος παντὸς τοῦ δικαίου τοῦ Πέτρου, ἄλλος (ἄλλως Mercerus legi vult) *γάρ ἐστι διαϑέμενος ὁ κληρονόμος, καὶ ὅσας ἀγωγὰς εἶχεν ὁ τελευτήσας, εἴτε προσωπικὰς εἴτε πραγματικάς, ἔχει ταύτας καὶ αὐτός· καὶ ὅσαις ὑπέκειτο ὁ τελευτήσας καὶ ἦν ἔνοχος, ὑπόκειται καὶ ὁ κληρονόμος, μόνον εἰσὶν αἱ οὐσιακαὶ ἀγωγαὶ καὶ τὰ προνόμια· οἷον τί λέγω; ἐπηρωτήϑη ὁ τελευτήσας δοῦναι Πέτρος* (aliquis *Πέτρῳ*) *ρ'. ιι., ἀναγκάζεται καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ δοῦναι ταῦτα· ἠγόρασεν ὁ τελευτήσας ἀπό τινος κτῆμα, καὶ οὐκ ἔφϑασε παραλαβεῖν αὐτό, ὁ κληρονόμος αὐτοῦ δύναται καταναγκάσαι τὸν πωλήσαντα ποιῆσαι τὴν παράδοσιν πρὸς αὐτόν· εἶχεν ὁ τελευτήσας κατά τινος πραγματικὴν ἀγωγὴν κρατοῦντος κτῆμα ἢ οἰκίαν διαφέρουσαν αὐτῷ, ἔχει ταύτην καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ· ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν· εἰ ὁ τελευτήσας κατεῖχεν ἀλλότριον κτῆμα ἢ οἰκίαν, ἐναχϑήσεται ὁ κληρονόμος αὐτοῦ περὶ αὐτῶν. Ἐὰν δὲ ἀγωγὰς εἶχεν ὁ διαϑέμενος ἢ ὑπέκειτο ἀγωγαῖς μὴ φερομέναις πρὸς τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ πρὸς ἐκδίκησιν τοῦ ἰδίου προσώπου, ἢ τὸ ἀνάπαλιν πρὸς τιμωρίαν, αὗται οὐ διαβαίνουσιν εἰς κληρονόμους, τοὺς διαδόχους παντὸς τοῦ δικαίου, εἰ μήπου παρὰ δικαστηρίοις ἐκινήϑησαν· οἷον ὁ Πέτρος ἔτι ζῶν ὑβρίσϑη παρὰ τοῦ Παύλου καὶ ἤρμοσεν αὐτῷ κατὰ τοῦ Παύλου ἡ περὶ ὕβρεως ἀγωγή, ἥτις οὐκ ἀναχαλεῖται ἢ ἀπαιτεῖ πρᾶγμά τι ἀφαιρεϑὲν ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Πέτρου, ἀλλ' ἐκδικεῖ τὴν τιμὴν τοῦ ὑβρισϑέντος· ἢ τὸ ἀνάπαλιν ὕβρισέ τινα καὶ ὑπέπεσε τῇ περὶ ὕβρεως ἀγωγῇ,*

quia rei sive fundi factus est successor, non item stipulationis sive promissionis, quae est ius incorporale, et personae promittentis infixum. Successor quoque vocatur heres, sive ex testamento sive ab intestato, et successor non unius rei aut unius iuris, veluti unius actionis, sed universi iuris, quod defunctus habuit, velut in specie superiori: obiit Petrus, Gregorianum possidens: heres ei exstitit Paulus: hic Paulus in centum modios frumenti recte convenietur; factus enim est successor omnis iuris Petri: alter enim testator est heres, et quas actiones defunctus habebat, sive personales sive reales, et quibus defunctus obnoxius et subiectus erat, subiacet quoque heres; dummodo sint actiones et privilegia patrimonialia. Cuiusmodi est quod dico: Petro defunctus spopondit dare centum aureos; etiam heres eius hos dare cogitur: emit defunctus praedium ab aliquo neque adhuc recepit illud; poterit heres eius venditorem cogere ad traditionem sibi faciendam: habuit defunctus adversus quempiam actionem in rem, qui praedium aut aedes ad ipsum pertinentes detinet; hanc et heres eius habet, sicut ex contrario: si defunctus alienum praedium aut aedes possidebat, convenietur de illis heres eius. Si vero actiones habebat testator aut actionibus tenebatur ad patrimonium non pertinentibus, sed ad suae personae ultionem aut contra ad poenam, hae non transeunt ad heredes, universi iuris successores, nisi iam in iudiciis agitatae fuerint. Verbi gratia: Petrus adhuc vivens a Paulo iniuria adfectus fuit, competebatque ei iniuriarum actio adversus Paulum, quae non revocat neque repetit rem ex patrimonio Petri ablatam, sed vindicat honorem illius, qui iniuriam est passus; vel contra, alium iniuria adfecit, et iniuriarum actione tenetur: hae ad heredes non transeunt neque adversus heredes dantur: nec enim pars patrimonii sunt, sed cum morte peccantium exstinguuntur, nisi forte in iudicio fuerint motae, viventibus etiam qui peccarant; tunc enim et heredibus competunt, et in heredes dantur.

Ubi hereditas est, ibidem et tutela est praeter mulierem.

Nemo plus quam habet, ad heredem suum transmittit.

Quum ex dolo defuncti de eo quod pervenit, heres convenitur, sufficit momento ad eum pervenisse.

αὗται οὐ διαβαίνουσιν εἰς κληρονόμους, οὔτε κατὰ κληρονόμων δίδονται· οὐ γάρ εἰσι μέρος τῆς οὐσίας, ἀλλὰ σβέννυται τῇ τελευτῇ τῶν ἁμαρτησάντων, εἰ μὴ πολλάκις ἐκινήθησαν ἐν δικαστηρίῳ ἔτι ζώντων τῶν ἁμαρτησάντων· τότε γὰρ ἁρμόζουσι καὶ κληρονόμοις καὶ δίδονται καὶ κατὰ κληρονόμων.

s. H. *κεφ. ια΄. τοῦ αὐτοῦ.* Similiter Salm. Est Synopsis II. 3, 73. p. 20. Repetitur infra cum scholio V. 11. 18. Id quod sequitur scholium deest in C. H.:

Τὸ ἐπιτροπεύειν καὶ πάλαι καὶ νῦν βάρος ἦν καὶ ἐδίδοτο τοῖς ἀνθρώποις κατ' ἀξίαν (κατὰ τάξιν quidam) καὶ οὐχ ὡς ἔτυχεν. Οἷον ἐὰν ἐτελεύτησέ τις τυχὸν ἀδιάθετος, καταλιπὼν ἕνα ἢ δύο παῖδας ἀνήβους ἤτοι ἐλάττους τῶν ιδ΄. (pro *ιδ΄.* antea legebatur *ἰδίων*) *ἐτῶν, οἱ τοιοῦτοι παῖδες δέονται ἐπιτρόπου· καὶ ζητεῖ ὁ ἄρχων τυχὸν ἢ ὁ δικαστής, τίνα δώσει ἐπίτροπον; καὶ μάνθανε παρὰ τοῦ νόμου, ἤτοι τοῦ παρόντος κεφαλαίου, ὅτι ἐκεῖνον ποιῆσον ἐπίτροπον τῶν παίδων, τὸν καὶ προτιμώμενον εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν. Τέλος ὅστις προτιμᾶται εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν, ἐὰν τελευτήσωσιν, ἐκεῖνος καὶ τὸ βάρος ὑποδεξάσθω τῆς ἐπιτροπῆς· ὅπου γάρ φησιν ἡ κληρονομία, ἐκεῖ καὶ ἡ ἐπιτροπή. Οἷον ἔχουσιν οἱ παῖδες ἀδελφὸν προδιοικηθέντα παρὰ* (περὶ alias, sed correxere Cui. Gothofr.) *τοῦ ἰδίου πατρός, ἔχουσι καὶ θείους, ὁ ἀδελφὸς αὐτῶν ἐπιτροπεύσει* (Reitzius legi vult *προτιμᾶται καὶ ἐπιτροπεύειν*), *διότι καὶ προτιμᾶται τῶν ἄλλων πάντων εἰς τὴν κληρονομίαν. Ταῦτα δὲ γίνεται πλὴν γυναικός· εἰ γὰρ καὶ προτιμᾶται γυνὴ εἰς κληρονομίαν, ἀλλ' οὖν εἰς ἐπιτροπὴν οὐ καλεῖται· διότι λέγει ὁ νόμος, γυνὴ πολιτικὸν ὀφφίκιον οὐ μετέρχεται, καὶ ἡ ἐπιτροπὴ μᾶλλόν ἐστι πολιτικὸν ὀφφίκιον. Οἷον ἐὰν οἱ παῖδες ἔχωσι τελείαν ἀδελφὴν καὶ προδιοικηθῇ, ἔχωσι δὲ καὶ θείους πρὸς πατρὸς ἢ πρὸς μητρός, εἰς μὲν τὴν κληρονομίαν ἡ ἀδελφὴ προτιμᾶται, εἰς δὲ τὴν ἐπιτροπὴν οὐκ ἀναγκάζεται ὑπεισελθεῖν. Γίνωσκε δὲ ὅτι ἐπὶ ἑνὸς θέματος ἐπιτροπεύει γυνή, οἷον ἐὰν μήτηρ ἔχῃ παῖδας ἀνήβους, καὶ ἀποτάξηται τῇ δευτερογαμίᾳ, ἐπιτροπεύει αὐτῶν.*

Tutelam gerere et olim et nunc onus est ac deferebatur hominibus pro dignitate, non temere. Veluti, si quis forte obiit intestatus, uno aut duobus filiis impuberibus relictis sive quatuordecim annis minoribus, his filiis tutore opus est, et quaerit forsan praeses aut iudex, quem daturus sit tutorem. Itaque disce ex lege, id est, capitulo praesenti, quod illum filiis tutorem dare debeas, qui etiam in eorum successione praefertur. Breviter, quicumque in eorum hereditate praefertur, si moriantur, ille et onus tutelae suscipiat: ubi enim hereditas, inquit, ibidem et tutela. Veluti habent hi filii fratrem, qui ante a patre suo . . . . . habent et thios; frater eorum tutor erit, quia et in successione omnibus aliis praefertur. Hoc autem fit, excepta muliere: nam etsi mulier in hereditate praeferatur, tamen ad tutelam non vocatur; quandoquidem lex ait, mulier civili officio non fungitur: atqui tutela maxime civile est officium. Veluti si filii habeant iustae aetatis sororem, quae . . . . . habeant etiam patruos aut avunculos, in hereditate quidem soror praeferetur, tutelam autem non cogitur gerere. Scias tamen, in uno casu mulierem fieri tutricem, puta, si mater liberos impuberes habeat, secundisque renuntiet nuptiis, illorum tutelam geret.

a. H. *κεφ. ριζ΄. τοῦ αὐτοῦ.* Similiter Salm. Est Synopsis II. 3. 118. p. 22. — *b.* H. *κεφ. ρκβ΄. τοῦ αὐτοῦ.* Similiter Salm. Est Synopsis II. 3. 124. p. 22.

33 *περιελθὼν* H.

59 Ἀντὶ[c] μὴ[34] γεγραμμένου ἐστὶ τὸ καταλιμπανόμενον ἐν διαθήκῃ τοῖς ὑπευθύνοις τιμωρίαις.

60 Ἐάν τις[d] παρανόμως ἀγάγηται[35] τὴν ἐπιτροπευθεῖσαν[36] παρ' αὐτοῦ, λαβεῖν μὲν αὐτὸς ἐκ τῆς διαθήκης αὐτῆς[37] οὐ δύναται· αὐτὴ[38] δὲ ἐκ τῆς αὐτοῦ λαμβάνει.

61 Ὁ[e] προδιδοὺς τὸ ἅγιον βάπτισμα οὐ μαρτυρεῖ, οὐ διατίθεται οὔτε ἄλλον διαδέχεται· διαδεχέσθωσαν δὲ αὐτὸν ἐξ ἀδιαθέτου χριστιανοὶ συγγενεῖς.

62 Ἐνστησάμενος[f] Πέτρον καὶ τοὺς ἀδελφόπαιδάς μου εἰ μὲν εἴπω ἓξ ἴσων[39] μερῶν[40], πάντες[41] ἐξ ἴσου κληρονομοῦσιν· εἰ δὲ μὴ εἴπω, Πέτρος τὸ ἥμισυ λαμβάνει καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες τὸ ἥμισυ.

63 Ἐν[g] τῇ ἀποκαταστάσει τῆς κληρονομίας οἱ καρποὶ οὐ φέρονται, εἰ μὴ ὑπέρθεσις γέγονεν ἢ ῥητῶς αὐτοὺς ἐπετράπη ἀποκαταστῆσαι· λογίζεται[42] δὲ εἰς φαλκίδιον· ὁ γὰρ ἀξιῶν ἀποκαταστῆσαι κληρονομίαν, ἐκεῖνο δοκεῖ λέγειν ὅπερ ὑπάρχει[43] τῆς κληρονομίας· οἱ δὲ καρποὶ οὐ τῇ κληρονομίᾳ, ἀλλὰ τοῖς πράγμασι λογίζονται.

64 Ἐν[h] τῇ ἀποκαταστάσει τῆς κληρονομίας καὶ οἱ τόκοι καὶ τὰ[44] ἐνοίκια ὡς καρποὶ καταφέρονται καὶ οὐ διαφέρουσι τῶν λοιπῶν χρεῶν τῶν ὑπὸ αἵρεσιν ἢ κατ'[45] ἐνιαυτὸν ἢ μῆνα κεχρεωστημένων. Καὶ οὓς μὲν ἔλαβεν ὁ κληρονόμος μὴ ποιήσας περὶ τὴν ἀποκατάστασιν ὑπέρθεσιν, οὐκ ἀπαιτεῖται. Εἰ δὲ οἷα νῦν ἐστιν ἡ κληρονομία, ἐπιζητεῖ ὁ τὴν ἀποκατάστασιν ἀξιωθεὶς ἀποκαταστῆναι, ὀφείλει εἰσακούεσθαι· καὶ ταῦτα μὲν περὶ ὧν ὁ διαθέμενος ἐπηρώτησε τόκων ἢ ἀγροὺς ἐγεώργησεν· εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ κληρονόμος ἐδάνεισεν ἢ ἐγεώργησεν[46], ἐπειδὴ ἰδίῳ κινδύνῳ δανείζει καὶ δαπανᾷ περὶ τὴν γεωργίαν, οὐδὲν τούτων ἀποκαθίστησι τῷ φιδεϊκομισσαρίῳ μὴ ποιήσας ὑπέρθεσιν.

65 Αἱ[i] παράνομοι καὶ καταγέλαστοι αἱρέσεις περιαιροῦνται τῶν ἐνστάσεων καὶ τῶν ληγάτων[47] καὶ χωρὶς αἱρέσεως ταῦτα παρέχονται.

c. H. *κεφ. ρλ'. τοῦ αὐτοῦ.* Similiter Salm. Est Basilicorum LX. 51. 16. ed. Heimbach V. p. 862. — *d.* H. *βϊ. τϊ. μβ'. κεφ. β'. καὶ βϊ. μδ'. τϊ. α'. κεφ. ρί. περὶ τοῦ ἀγομένου τὴν ἐπιτροπευθεῖσαν παρ' αὐτοῦ.* Salm. *βϊ. ξ'. τϊ. κβ'. καὶ βϊ. μδ'. κεφ. ρί.*, qui et *ψευδότιτλον* illud habet. Alias adscriptum *περὶ τοῦ ἐνομένου* (male *ἐνομένου*) *τῇ ἐπιτροπευθείσῃ παρανόμως.* — *e.* H. *κεφ. ριβ'. τοῦ αὐτοῦ.* Salm. *ρκ. τοῦ αὐτοῦ.* Est Synopsis LX. 54. 20. et 23. p. 540., sed quibusdam rebus, quae in medio interponuntur, omissis. — *f.* H. *βϊ. λε'. τϊ. η'. κεφ. ιγ'.* Similiter Salm. Est Synopsis XXXV. 9. 13. pag. 329. — *g.* H. *περὶ ἀποκαταστάσεως κληρονομίας βϊ. λε'. τϊ. ια'. κεφ. ιδ'.* Similiter Salm. Est Synopsis XXXV. 11. 14. pag. 331. — *h.* Salm. *κεφ. λε'. τοῦ αὐτοῦ.* Est Synopsis XXXV. 11. 35. pag. 322. — *i.* H. *βϊ. λε'. τϊ. ιβ'. κεφ. ιδ'.* Similiter Salm. Est Synopsis XXXV. 12. 14. pag. 333.

Pro non scripto est, quod testamento servis poenae relinquitur.

Si quis praeter fas duxerit eam cuius tutelam gessit, ipse ex testamento eius nihil capere potest, haec autem ex illius capit.

Qui sacrum baptisma prodit, nec testimonii nec testamenti ius habet neque alii heres est: succedant autem illi ab intestato cognati Christiani.

Instituens Petrum et fratris mei filios si quidem dixero, ex aequis partibus, ex aequo succedent: sin non dixero, Petrus semissem feret, et fratris filii semissem.

In hereditatis restitutionem fructus non veniunt, nisi mora sit facta, aut diserte mandatum sit eos restituere; imputantur autem in Falcidiam: nam qui hereditatem rogat restituere, hoc videtur dicere, quod hereditatis est. Fructus autem non in hereditate sed in bonis censentur.

In hereditatis restitutione et usurae et pensiones aedium ut fructus reputantur, neque a ceteris, quae sub conditione aut post annum vel mensem debentur, differunt neque fructus quos heres percepit, qui in restituendo moram non fecit, reposcitur. Sed si is, qui hereditatem restituere rogatus est, eam qualis nunc est, restitui desideret, audiri debet. Et haec quidem de iis usuris, quas ipse testator stipulatus est aut quos agros coluit. Nam si ipse heres feneravit aut agros coluit, quia suo periculo fenerat aut circa agriculturam impendit, horum nihil fideicommissario restituit, si moram non fecerit.

Conditiones legibus contrariae et ridiculae institutionibus ac legatis detrahuntur eaque sine conditione praestantur.

34. *μὴ* deest in contextu H., sed ad marginem ascriptum est. Caeterum *μὴ* habent et Basilica V. p. 862.
35. *ἐπαγάγηται* H.
36. *ἐπιτρωπευθήσαν* H.
37. Pro *αὐτῆς* H. *αὐτὴν* habet.
38. Pro *αὐτὴ* H. *αὐτὴν* habet.
39. *ἴσων* deest in H., qui quidem vocem *τῶν* ad marginem ascriptam habet. Habet Synopsis p. 329.
40. *ἡμερῶν* H., sed contra Synopsis p. 329.
41. Sic H. Synopsis p. 329. *ἐξ ἴσου πάντες* Reitzius ex Cui. et regio Soar.
42. Sic H. Synopsis p. 331. *λογίζονται* quidam apud Reitzium, non improbante Reitzio. Non opus.
43. Post *ὑπάρχει* H. subiicit *λογίζεται*, quod quidem deest in reliquis libris et Synopsi p. 321.
44. Pro *καὶ τὰ* habet H. *κατὰ*, sed contra Synopsis p. 332.
45. Pro *κατ'* H. *κατὰ* habet.
46. Post *ἐγεώργησεν* H. subiicit *εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ κληρονόμος*, quae quidem in reliquis et in Synopsi p. 332. plane desiderantur.
47. *λελεγάτων* H.

66 Εἰ[k] παῖδας[48] ἔχει τις νομίμους, μὴ δύνασθαι αὐτὸν τοῖς φυσικοῖς παισὶ μήτε τοῖς ἐκ παλλακῆς[49] περαιτέρω μιᾶς οὐγγίας [αὐτοῖς][50] καὶ τῇ μητρὶ αὐτῶν καταλιμπάνειν· εἰ δὲ παλλακὴ[51] μόνη[52] εἴη, ταύτῃ τὸ ἥμισυ οὐγγίας καταλιμπάνεσθαι[53] ἢ δωρεῖσθαι. Εἰ μέντοι παῖδας οὐκ ἔχει γνησίους, ἤ τινα τῶν ἀνιόντων οἷς ἀνάγκη νόμου[54] καταλιμπάνειν μέρος τῆς οἰκείας[55] περιουσίας προσήκει τοὺς διατιθεμένους, ἄδεια ἔστω[56] καὶ εἰς τὰς[57] ιβ'. οὐγγίας γράφειν τοὺς φυσικοὺς παῖδας κληρονόμους. Εἰ δὲ ἔχοιέν[58] τινας τῶν ἀνιόντων, τὴν νόμιμον αὐτοῖς καταλιμπανέτωσαν μοῖραν, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς τοὺς φυσικοὺς παῖδας παραπέμπειν[59] ἄδειαν ἐχέτωσαν. Ἀδιαθέτων δὲ τελευτώντων τῶν τοὺς φυσικοὺς παῖδας ἐχόντων, δύο μόνας οὐγγίας ἔχειν τοὺς παῖδας ἅμα τῇ μητρὶ μεριζομένας·[60] ὥστε ἑνὸς παιδὸς μερίδα[61] καὶ τὴν μητέρα λαμβάνειν· εἴπερ[l] γνήσιοι παῖδες οὐκ εἰσίν· εἰ δὲ γνήσιοι παῖδές[62] εἰσι, μηδὲν τοὺς νόθους ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν, ἀποτρέφεσθαι δὲ μόνον παρὰ τῶν γνησίων κατὰ τὸ πρέπον[63] καὶ πρὸς τὸ τῆς οὐσίας μέτρον.

67 Νόθος[m] παῖς γενόμενος γνήσιος μόνου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γίνεται γνήσιος· οὐκέτι δὲ καὶ τῶν κατιόντων ἢ τῶν ἀνιόντων ἢ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· οὐδὲ κληρονομεῖ αὐτοὺς οὐδὲ κληρονομεῖται ἐξ αὐτῶν χωρὶς διαθήκης.

68 Συγκλητικοῦ[n] γυνὴ καὶ ἐπάνω οὐ δύναται τοῖς σπουρίοις αὐτῆς[64] παισὶν οὔτε ζῶσα οὔτε μετὰ θάνατον δωρεῖσθαι ἢ ἐν διαθήκῃ συνεισάγειν αὐτοὺς μετὰ τῶν γνησίων αὐτῆς παίδων καὶ κληρονόμων κληρονόμους. Ἡ μέντοι εὐγενὴς[65] καὶ ἐλευθέρα ἐὰν

k. H. περὶ κληρονομίας παίδων φυσικῶν ἀνα. βϊ. λβ'. τϊ. β'. κεφ. δ'. Similiter Salm. Est Synopsis XXXII. 2. 4. p. 316. Huc refertur id, quod in M. A. B. C. H. libro Salmasii habetur scholium:

Τὸ ἐκ πορνείας οὐκ ἔχει ἅπαν ὄνομα (τὸ add. Salm.) ἕν, ἀλλ' ὑποδιαιρεῖται καὶ τοῦτο. Εἰ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς συνοικούσης τινὶ φανερῶς καὶ δι' ὅλου (διόλου Salm.) γέγονε παῖς, φυσικὸς οὗτος ὀνομάζεται καὶ ἔχει δευτέραν τάξιν, ὡς πρὸς τὸ (τὸν Salm.) φύσει νόμιμον, καὶ προτιμᾶται εἰς κληρονομίαν καὶ τῶν ἀνιόντων, οὐχ ὅπως τῶν ἐκ πλαγίου. Εἰ δὲ φανερὸς (φανερῶς Salm.) μέν ἐστι φυσικὸς παῖς, οὐ μέντοι ἐκ συνοικούσης τῷ ἀνδρὶ γυναικός, ὀνομάζεται νόθος· εἰ δὲ παντελῶς ἀφανής, λέγεται σκότιος.

Non omnes ex scortatione nati idem habent nomen, sed subdividuntur. Nam si ex muliere manifeste et perpetuo alicui cohabitante filius est natus, vocatur hic naturalis; et secundum obtinet ordinem, quantum ad ius naturale praeferturque in hereditate et adscendentibus, nec solum collateralibus. Quod si manifestus quidem sit filius naturalis, non tamen ex cohabitante cum viro muliere, nothus nominatur: sin omnino ignotus, dicitur spurius.

l. Quae abhinc leguntur usque ad finem huius §. 66., non sunt ex Synopsi p. 316., quae longe ampliora habet. — *m.* H. βϊ. μέ. τϊ. α'. κεφ. ιέ. Salm. μή. α'. ιή'. — *n.* H. βϊ. μέ. τϊ. α'. κεφ. λγ'. Salm. μή. α'. λγ'. Est Πεῖρα 25. 17. vel 54. 7.

Si quis liberos habet legitimos, non potest naturalibus neque ex concubina natis ultra unam unciam [ipsis] et eorum matri relinquere: si vero sola est concubina, ei semunciam relinquere aut donare.

Quod si nec liberos legitimos habet nec quemquam adscendentium, quibus testatores necessitate legis partem substantiae relinquere oportet, etiam in duodecim uncias liberos naturales scribere possunt heredes: sed si quosdam ex adscendentibus habent, legitimam iis partem relinquant, reliquum ad naturales liberos transferre illis licitum erit.

Si intestati moriantur, qui naturales habent liberos, duas habeant hi liberi uncias cum matre dividendas, ut unius filii portionem mater ferat, nisi legitimi exstent liberi: quibus exstantibus, naturales ab intestato succedere nequeunt, sed a legitimis tantummodo, ut par est et pro facultatium modo alentur.

Naturalis filius legitimatus soli patri fit legitimus, non item descendentibus aut adscendentibus aut collateralibus patris cognatis neque iis succedit, neque hi illi praeterquam ex testamento.

Senatoris aut sublimioris dignitatis coniux spuriis suis liberis neque vivens neque moriens donare potest aut in testamento eos cum liberis legitimis et heredibus coniungere, ut coheredes. Ingenua tamen et libera, si spurium habeat filium, potest eum in-

48. His Cuiacius haecce praemisit, quae in Synopsi II. 2. 204. p. 16. leguntur, desunt autem in H. C. reliquis libris: *ἡ τοῦ παιδὸς προσηγορία τρεῖς ἔχει σημασίας· μίαν ὅταν πάντας δούλους παῖδας προσαγορεύομεν· ἑτέραν ἐπειδὰν παῖδα τῷ ἐναντίῳ ὀνόματι τῆς κόρης λέγωμεν· τρίτην, δι' ἧς ἑκάστην παιδικὴν ἡλικίαν δηλοῦμεν. Pueri appellatio tres significationes habet: unam, cum omnes servos pueros dicimus; alteram, cum puerum contrario puellae nomine appellamus; tertium, quum quamvis aetatem puerilem demonstramus.*

49. Pro *παλλακῆς* H. habet *παλαγηκοῖς*.

50. *αὐτοῖς* deest in H. et in Synopsi pag. 316., ideoque uncinis inclusum.

51. *παλακὴν* H., sed contra Synopsin p. 316.

52. Sic et Synopsis p. 316. *μόνον* H.

53. Sic et H. *καταλιμπάνειν* H.

54. Sic et Synopsis p. 316. *νόμιμον* quidam apud Reitzium.

55. *οἰκίας* H.

56. Sic H., supplevit Reitzius et ex aliis fontibus et ex Synopsi p. 316. Verba *ἄδεια ἔστω* desunt in editione principe.

57. Pro *τὰς* H. *τὰ* habet.

58. *ἔχειεν* H.

59. *παραπέμπει* H. Male.

60. Sic Synopsis p. 316. alais, *μεριζομένους* H.

61. *μερίδα* H. Synopsis pag. 316. *μοῖραν* Reitzius alii.

62. *παῖδας* H.

63. Pro verbis *τὸ πρέπον* H. habet *τρόπον*.

64. *αὐτοῖς* H., sed contra *Πείρα*.

65. *εὐγενεῖς* H.

ἔχῃ[60] σπούριον υἱόν, δύναται αὐτὸν κληρονόμον καταλιμπάνειν· ἐπεὶ καὶ κληρονομεῖ τοῦτον ἡ μήτηρ, εἰ μὴ ἄρα ἐξ ἀθεμιτογαμίας ἦν, τουτέστιν ἀπὸ κεκωλυμένων γάμων.

69 Οἱ[o] ἐκ[66a] διαφόρων παλλακῶν γεννώμενοι παῖδες οὐ κληρονομοῦσι τὸν ἴδιον πατέρα, ὑπόντων γνησίων παίδων ἢ γαμετῆς ἢ ἄλλων διαδόχων αὐτοῦ· ἀλλὰ μᾶλλον[67] ἀποτρέφονται ἐκ τῶν κληρονομούντων τὸν πατέρα αὐτῶν, ἔνθα μέντοιγε μὴ διέθετο.

70 Τοῦ[p] σπουρίου[68] ἡ κληρονομία οὐκ ἀνήκει τοῖς κατὰ πατέρα συγγενέσιν, οὐ γὰρ ἔχει πατέρα· τῇ μητρὶ δὲ αὐτοῦ καὶ τοῖς μητρῴοις[69] ἀδελφοῖς δίδοται ἡ συγγενικὴ βοήθεια.

71 Οἱ[q] πορνογενεῖς καὶ τὴν κατὰ μητέρα μάμμην ἐξ ἀδιαθέτου διαδέχονται[70].

72 Ἐάν τις[r] τελευτήσῃ ἀδιάθετος ἐπὶ παισὶ φυσικοῖς καὶ παιδὶ θετῷ, ὁμοίως πάντες κληρονομοῦσιν.

73 Ὅσα[s] φυλάττεται[71] μητρὸς ὑπούσης καὶ ἀδελφῶν ὁμοπατρίων[72] τῷ τελευτήσαντι φυσικῶν, τοσαῦτα καὶ[73] κρατεῖ καὶ θετῶν ὑπόντων.

74 Ὁ[t] λαβὼν νέον εἰς θέσιν τὰ σωτηριώδη[73a] αὐτοῦ πάντα σκοπεῖ καὶ ἀναγκάζεται τὸ τέταρτον μέρος τῶν οἰκείων[74] πραγμάτων καταλεῖψαι τῷ υἱοθετουμένῳ.

o. Est Theodori Nov. 89. cap. 21. ed. Zachariae p. 89. — *p.* H. βϊ. με'. τϊ. ε'. κεφ. ιδ'. Salm. με'. α'. ιη'. Est Synopsis XLV. 2. 18. p. 403. — *q.* H. κεφ. νβ'. τοῦ αὐτοῦ. Salm. κεφ. κβ'. τοῦ αὐτοῦ. Est Synopsis XLV. 2. 22. p. 404. — *r.* H. βϊ. με'. τϊ. ε'. κεφ. κς'. περὶ παίδων. Salm. μη'. τϊ. u. κεφ. κ'ζ'. περὶ παίδων θετῶν. Est Synopsis XLV. 2. 28. p. 404. — *s.* H. βϊ. με'. τϊ. α'. κεφ. μδ'. Salm. μα'. α'. κθ'. Est Synopsis XLV. 3. 29. pag. 402. — *t.* H. βϊ. με'. τϊ. ζ'. κεφ. α'. Similiter Salmasius. Non invenio. Huc refertur scholium illud, quod in C. et in Bodleiano inter septem scholia habetur, illic quidem septimo loco, hoc autem sexto:

Εἰς τὸν περὶ κληρονόμων (ultimae duae voces desunt in C., quia rubrica evanuit) *ἐν κεφ. Ὁ λαβὼν νέον. Ὅφησι τὰ δύο ταῦτα καθεξῆς κείμενα τῶν νόμων κεφάλαια περὶ τῶν θετῶν υἱῶν, τοῦτό ἐστιν. Ὁ θετὸς πατὴρ ἀναγκάζεται μὲν διαθήκην ποιῶν καὶ βουλόμενος ἐᾶσαι μέρος τῷ θετῷ υἱῷ ἀπὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ τέταρτον ἐᾶσαι τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρὸς αὐτόν· μὴ ἐάσαντος δέ τι, οὐ κινεῖ οὗτος ὁ θετὸς υἱὸς ἐναντίωσιν κατὰ τῆς διαθήκης τοῦ θετοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς ἀμνημόνευτος ἐαθείς, ἐπεὶ οὐδὲ αὐτὸς ὁ θετὸς πατὴρ ἀνάγκην ἔχει διαθήκην ποιῶν κληρονόμον ἢ ἀπόκληρον ποιεῖν τὸν θετὸν υἱὸν εἰς τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ τέταρτον μέρος, ὥσπερ δηλονότι ἀνάγκην ἔχει ἐπὶ τοῦ γνησίου υἱοῦ εἰς τὸ τρίτον τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ. Καὶ εἰκότως. Ἐνταῦθα*

In titulum *de heredibus*, capite *qui adolescentem adrogat.* Quod haec duo continentia capitula legum de filiis adoptivis eloquuntur, hoc est. Pater adoptivus cogitur quidem, si testamentum faciat velitque partem substantiae suae filio adoptivo relinquere, quadrantem bonorum suorum ipsi relinquere; sed si nihil reliquerit, filius adoptivus contra testamentum patris adoptivi querelam non habet, quasi praeteritus sit, quia neque ipse pater adoptivus si testamentum faciat in quadrantem filio adoptivo debitum eundem vel heredem facere vel exheredare cogitur, qualem videlicet necessitatem subit in naturali filio contemplatione tertiae, quae ei debetur, partis. Et merito. Hic enim natura, illic autem ex voluntate debetur ideoque naturalis filius querelam

stituere heredem: quandoquidem et mater ei succedit, nisi ex nefariis id est prohibitis nuptiis sit natus.

Ex diversis concubinis nati liberi patri suo heredes non sunt, si legitimi exstent aut liberi aut coniux aut alii successores: sed potius ab heredibus eius aluntur, siquidem non fuerit testatus.

Spurii hereditas ad cognatos paternos non pertinet, nec enim patrem habet. Matri autem et fratribus uterinis datur remedium unde cognati.

Vulgo quaesiti etiam aviae maternae ab intestato succedunt.

Si quis intestatus decesserit, relictis filiis naturalibus et adoptivo, omnes similiter succedunt.

Quaecumque servantur exstante matre et fratribus consanguineis defuncto filio naturalibus, eadem etiam obtinent exstantibus adoptivis.

Qui adolescentem adrogat, omnia salutaria ei prospicit et quartam suorum bonorum partem adrogato relinquere cogitur.

μὲν γὰρ ἐκ φύσεως, ἐκεῖ δὲ (supplendum *ἐκ*) *προαιρέσεώς ἐστιν ὀφειλόμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἐναντίωσιν μὲν ἔχει ὁ γνήσιος καὶ μέμψιν κατὰ τῆς διαθήκης τοῦ πατρός· ὁ δὲ θετὸς οὐδαμῶς. Ἀπορεῖν δὲ ἔπεισι, πῶς τὸ μὲν πρῶτον κεφάλαιον ἀναγκάζεται, φησίν, ὁ θετὸς πατὴρ ἐᾶσαι τῷ θετῷ υἱῷ τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ· τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἀνάγκην ἔχει, φησίν, ἢ δηλονότι ἀναγκάζεται μὲν ὑπὸ τῶν νόμων προαιρούμενος ἐᾶσαι τὸ μέρος τῷ θετῷ υἱῷ μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ μέρος τοῦτο τῆς τετάρτης οὐσίας, μὴ προαιρούμενος δὲ οὐκ ἀναγκάζεται, ὡς μὴ ἀπὸ φύσεως ἀνάγκην ἔχων εἰς τοῦτο, ἐπεὶ καὶ εἰ βουληθείη χωρὶς εὐλόγου αἰτίας λῦσαι τοῦτον τῆς θέσεως, ὅθεν ὁ θετὸς πατήρ, οὐδεὶς αὐτὸν ἀναγκάζει καὶ μὴ βουλόμενον εἰς θέσιν πάλιν λα-*

habet contra testamentum patris, adoptivus non item. Subit autem dubitatio, quemadmodum primum capitulum cogitur, inquit, pater adoptivus adoptivo filio quartam substantiae suae partem relinquere; secundum autem ita habet: non habet necessitatem. Id est, cogitur a legibus, si velit aliquam partem adoptivo filio relinquere, hanc partem non minorem facere quadrante substantiae suae; quodsi nolit, non cogitur, quasi non natura ad hoc ipsum adigatur; quippe quod et si voluerit absque probabili causa hanc adoptionem, unde etiam pater adoptivus existit, dissolvere, nemo eum cogere potest vel si nolit, rursus eundem in adoptionem denuo accipere, ideoque eum, qui nolit quidquam re-

66. *ἔχει* H.

66 a. Tota §. 69. abest a C. H. Palatino Salmasii.

67. Hoc loco unus ex Anonymis Reitzii inserit *μητ'*, quod in Theodoro p. 88. deest.

68. *σπορίου* H.

69. Pro *μητρῴοις*, quod est et in H., Salmasius habet *μητρίοις*.

70. *δέχονται* H.

71. *φυλάττεσθαι* H.

72. *ὁμοπατρίον* H.

73. *καὶ* deest in H.

73 a. Sic H. Salmasius, Siebenus ad Pselli versus nom. 259.; habet editio princeps. Sed in ms. Salmasii *διάθεσιν* adiectum fuit, quod reliqui non habent et ipse Salmasius abiecit.

74. *οἰκείον* H.

75 Ὁ[u] θετὸς παῖς ἐξ ἀδιαθέτου δύναται παραγενέσθαι εἰς τὴν κληρονομίαν τοῦ[75] καλουμένου θετοῦ πατρός, ἐπείτοιγε διαθήκης ὑπ᾽ αὐτοῦ γενομένης οὐ δύναταί τι ἐκ τῆς τούτου κληρονομίας ἀποσπᾶσθαι οὔτε περὶ ἐναντιώσεως οὔτε περὶ μέμψεως τῆς διαθήκης αἰτεῖν· διὰ τὸ μὴ ἀνάγκην ἔχειν τὸν θετὸν πατέρα ἢ γράφειν αὐτὸν κληρονόμον ἢ ἀπόκληρον ποιεῖν εἰς τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ τέταρτον.

76 Ἐὰν[v] θετὸν υἱὸν αὐτεξούσιον ποιήσω, οὐ μόνον ἀδιάθετόν με τελευτῶντα οὐ διαδέχεται, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀμνημονευθεὶς[76] ἐν τῇ διαθήκῃ τῇ ἐμῇ λήψεται κατ᾽ αὐτῆς ἐναντίωσιν· ἐπαύσατο γὰρ τοῖς ἐμοῖς ἀριθμεῖσθαι παισίν.

77 Ἐὰν[w] εἴπω ἐν τῷ[77] προικῴῳ τῆς θυγατρός μου, μηδὲν αὐτὴν[78] πλέον ἐλπίσαι τῆς κληρονομίας μου, οὐκ ἔρρωται· τὰ γὰρ ἰδιωτικὰ συμβόλαια οὐ προκρίνουσι τῷ κοινῷ νομίμῳ.

78 Τῶν[x] ἀδιαθέτως[79] τελευτώντων ἐκ πλαγίου συγγενεῖς ἐχόντων καὶ [μὴ][80] παῖδας ἐλευθεροῦνται οἱ δοῦλοι, καὶ οὐ δύναται ὁ κληρονόμος ἢ ἐξ ἀδιαθέτου συγγενὴς[81] ἕλκειν τούτους εἰς δουλείαν· δίδοται καὶ τὸ τρίτον τῆς ὑποστάσεως εἰς ψυχικὸν ἐκ συνηθείας· καὶ τὸ τίμημα δὲ τῶν ἐλευθερωθέντων οἰκετῶν λογίζεται εἰς τὸ τρίτον.

79 Ἡ[y] μήτηρ μὴ αἰτήσασα ἐπίτροπον τῷ παιδὶ οὐ κληρονομεῖ αὐτοῦ, ἐὰν ἄνηβος τελευτήσῃ· εἰ δὲ ἔφηβος γενόμενος τελευτήσει[82], καλῶς αὐτὸν κληρονομεῖ.

80 Οὐ[z] δύνανται οὔτε εἰς τὴν μητρυιὰν οἱ πατέρες οὔτε εἰς τὸν πατρωὸν αἱ μητέρες κατὰ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον τὴν οἰανοῦν ποιεῖσθαι φιλοτιμίαν ἢ ἐν τῇ τελευτῇ[83] καταλιμπάνειν, πλὴν ἢ[84] τοσοῦτον, ὅσον εἰς παῖς ἔξει. Εἰ δὲ παῖδές εἰσι πολλοί, καὶ ἕκαστος ἴσον ἔχει μέρος, οὐ πλέον τοῦ εἰς ἕκαστον ἀφικνουμένου ἢ ὁ πατρωὸς ἢ ἡ μητρυιὰ παραλήψεται· εἰ δὲ ἄνισα τὰ καταλελειμμένα[85] τυγχάνουσι, τοσοῦτον ἀνάγκη μέρος εἰς[86] τὸν πατρωὸν ἢ εἰς τὴν

βεῖν, διὰ τοῦτο καὶ μὴ βουλόμενον ἐᾶσαί τι οὐκ ἀναγκάζει (δοκεῖ γὰρ ὁ μὴ ἐῶν ἐν τῷ ἀποθνήσκειν τὸ ὀφειλόμενον τέταρτον, ἀπολελυκέναι πάλιν τῆς θέσεως) ὁ δὲ τῆς θέσεως ἀπολυθεὶς καὶ αὐτεξούσιος ἤδη γενόμενος οὔτε ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖ τὸν θετὸν αὐτοῦ πατέρα, οὔτε μέμψιν καὶ ἐναντίωσιν ἔχει κατὰ τῆς διαθήκης αὐτοῦ, ὡς τὸ μετὰ ταῦτα φάσκει ἕτερον.

linquere, non cogit (videtur enim qui debitam quadrantem moriens non relinquit, denuo adoptionem istam dissoloisse). Qui autem ex adoptione rursus dimissus est iamque iuris sui factus est, neque ab intestato patri adoptivo haeres est neque querelam contra testamentum movet, uti aliud, quod deinceps habetur, capitulum definit.

u. H. Salm. *κεφ. β΄. τοῦ αὐτοῦ.* In libro Soar. videtur fuisse *βϊ. με΄. τϊ. ζ΄. κεφ. β΄.* Sed Basilicorum liber quadragesimus quintus tantummodo sex habet titulos. Non reperio. — *v.* H. *κεφ. γ΄. τοῦ αὐτοῦ.* Similiter Salm. — *w.* H. *κεφ. με΄. τϊ. α΄. κεφ. μβ΄.* Salm. *με΄. α΄. κς΄.* Est Synopsis XLV. 1.

Filius adoptivus ab intestato ad hereditatem ita dicti patris adoptivi pervenire potest; alioqui testamento ab illo facto nihil ex illius hereditate persequi potest neque per bonorum possessionem contra tabulas neque per inofficiosi querelam, eo quod adoptivo patri necesse non sit ipsum aut heredem scribere aut quantum ad debitum ei quadrantem exheredem facere.

Si filium adoptivum emancipavero, non modo mihi intestato morienti non succedit, sed et in testamento meo praeteritus bonorum possessionem contra tabulas non accipiet: namque in meis liberis censeri desiit.

Si in dotalibus filiae tabulis dixero, ne quid amplius ex hereditate mea speret, nullius momenti est: privata enim instrumenta iuri publico non praeiudicant.

Eorum qui moriuntur intestati et cognatos habent ex latere, [nullos autem] liberos, servi manumittuntur: nec potest heres vel ab intestato cognatus eos in servitutem retrahere: datur etiam pro more triens bonorum pro salute animae; ac manumissorum servorum pretia in hunc trientem imputantur.

Mater tutorem filio non petens eidem non succedit, si impubes moriatur: sed si pubes obierit, recte illi heres est.

Neque patres in novercam neque matres in vitricum per vitae tempus ullam conferre possunt liberalitatem aut morientes relinquere, nisi tantum quantum unus liberorum habet.

Quod si multi sint liberi, et quisque aequalem habet portionem, vitricus aut noverca non plus accipiet, quam ad singulos pervenit. Sed si inaequalia sint, quae iis relinquuntur, necesse est, ut ex quacumque parentis libertate tanta portio ad vitricum

26. p. 401. — *x*. H. *βϊ. ῥωμ. τϊ. μη'. κεφ. α'.* Similiter C. *Ῥωμ.* 48. 1. Est *Πειρα* 48. 1. Fuit et supra I. 18. §. 22. — *y*. H. *με'. τϊ. α'. κεφ. λβ'.* Similiter Salm. Est Basilicorum XLV. 1. 32. p. 402. — *z*. H. *βϊ. κη'. τϊ. ιβ', κεφ. ιδ'.* Similiter Salm. Est Synopsis XXVIII. 14. 4. p. 281.

75. Hoc loco H. intrudit *οἰκείου*, quod in reliquis libris deest.
76. *μνημονευθεὶς* H.
77. Pro *τῷ* H. habet *τῇ*, sed contra Synopsis p. 401.
78. Pro *αὐτὴν* H. habet *αὐτόν*.
79. *ἀδιάθετος* H.
80. *μὴ* deest in H.
81. *συγγενεῖς* H.
82. Verba *εἰ δὲ ἔφηβος γενόμενος τελευτήσει* desunt in H. propter homoeoteleuton.
83. Unus ex Anonymis Reitzii addit *τι*, quod quidem et in H. et in Synopsi p. 281. non habetur.
84. Pro *ἢ* H. *οἱ* habet.
85. *καταλελυμένα* H.
86. Pro *εἰς* H. *εἰ* habet. Caeterum pro *μέρος* unus ex Anonymis Reitzii habet *μόνον*.

μητρυιὰν περιέρχεσθαι ἐξ οἱασδήποτε τοῦ γονέως φιλοτιμίας, ὅσον ὁ τὸ[87] ἔλαττον ἔχων παῖς ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας λαμβάνει, ἢ ἀπὸ τελευταίας βουλήσεως καταλειφθὲν ἢ ἐν ζωῇ δεδομένον[88] κατὰ φιλοτιμίαν.

81 Εἴ τις[a] ἄπορον γυναῖκα κατὰ τὴν τοῦ νόμου παράτηρησιν λάβῃ[89] καὶ ταύτης προτελευτήσῃ, εἰ μὲν ἄχρι τριῶν παίδων ἔχει ὁ ταύτης ἀνὴρ εἴτε ἐξ αὐτῆς εἴτε ἐξ ἑτέρου συνοικεσίου, τὸ τέταρτον μέρος τῆς οὐσίας τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνει, τῶν τοῦ ἀνδρὸς χρεῶν πρότερον παρεχομένων ἀπὸ τῆς ἐκείνου περιουσίας· οὕτω μέντοιγε ὥστε μὴ ὑπερβαίνειν τὴν τῶν ἑκατὸν τοῦ χρυσίου λιτρῶν ποσότητα[90]. Εἰ δὲ πλείονες εἴησαν οἱ παῖδες, τοσοῦτον ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος λαμβάνειν κελεύομεν τὴν γυναῖκα, ὅσον ἑνὶ τῶν παίδων ἀριθμόζει, οὕτω δηλαδή, ὥστε χρῆσιν μόνον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις πράγμασι τὴν γυναῖκα ἔχειν, τὴν δεσποτείαν δὲ ἐκείνοις τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, οἷς ἐξ αὐτοῦ τοῦ γάμου ἔσχεν. Εἰ[91] δὲ ἡ τοιαύτη γυνὴ παῖδας ἐξ αὐτοῦ μὴ ἔχοι[92], κελεύομεν καὶ δεσποτείας δικαίῳ ἔχειν αὐτὴν[93] τὰ πράγματα, ἅπερ ἐκ τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὐσίας εἰς αὐτὴν ἐληλύθασιν[94]. Εἰ μέντοιγε πρεσβεῖον[95] καταλίποι αὐτῇ[96] ὁ[97] ἀνὴρ ἔλαττον τῆς διορισθείσης[98] μοίρας, ἀναπληροῦσθαι τοῦτο. Εἰ δέ τινα ἴδια ἡ γυνὴ πράγματα κατὰ τὴν οἰκίαν[99] τοῦ ἀνδρὸς ἢ ἀλλαχόσε ἀποκείμενα ἔχει, τούτων[1] τὴν εἴσπραξιν[2] καὶ παρακατάσχεσιν ἐχέτω πᾶσι τρόποις ἀμείωτον. Ταῦτα δὲ φαμέν, εἴπερ ἡ γυνὴ προῖκα μὴ ποιησαμένη ἄπορός ἐστιν, ὥστε τὸν μὲν ἄνδρα τελευτῶντα εὔπορον εἶναι, τὴν δὲ περιοῦσαν πένεσθαι· ἐπείτοιγε ἴσως ἀλλαχόθεν εἰ εὐποροίη, τὴν οὐκ εἰσενεγκοῦσαν προῖκα οὐκ ἂν εἴη δίκαιον βαρύνειν τοὺς παῖδας τῇ διαδοχῇ τοῦ συνοικήσαντος. *Τοῦτο*[3] *δὲ κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἔδνα μὴ ὁμολογήσαντος, ἀπόρων γὰρ λήψεται τὸ δ'. ἐκ τῆς οὐσίας τῆς γυναικὸς κατὰ τὴν νγ'. νεαράν.*

82 Ἡ[b] δὲ νβ'.[4] νεαρὰ τοῦ κυροῦ[5] Λέοντός φησιν· Καὶ ταύτην τὴν νομοθεσίαν ἡ βασιλεία ἡμῶν ἐπανορθουμένη θεσπίζει, ἀναφαίρετον ἔχειν τὴν κυριότητα τὴν γυναῖκα τοῦ τοιούτου μέρους, καὶ ὅρον ἐπὶ τούτῳ ἐκφέρειν, ὃν ἂν αὐτῇ δόξῃ[6] μηδενὸς ἄλλου

a. H. ἀνα. βϊ. κγ'. τϊ. ιβ'. κεφ. β'. περὶ ἀπροίκου γυναικός. Est Prochiron 5. 6. p. 36. — *b* H. νέ'. Cui. νεαρὰ Λέοντος περὶ ἀπροίκων γυναικῶν τοῦ λαμβάνειν ἀνδρὸς μοῖραν. Est Novella Leonis 106.

87. Pro τὸ H. τὸν habet.
88. διδόμενον H.
89. Pro λάβῃ H. λάβοι habet.
90. οὐ ποσώτητα H.
91. Pro εἰ H. ἡ habet.
92. Pro ἔχοι H. habet ἔχειν, sed contra Prochiron p. 37.
93. αὐτὴν H. Prochiron p. 37., deest apud Reitzium.
94. ἐλυλήθασιν H.
95. Ad marginem Suall. ἤγουν ληγάτον.
96. αὐτῇ deest in H.

vel novercam perveniat, quantam is ex illius bonis accipit, qui minimum habet, sive ultima voluntate relictum sive per liberalitatem inter vivos datum.

* Si quis inopem uxorem secundum iuris observationem duxerit atque ante eam decesserit, si quidem ad ternos usque liberos maritus habeat sive ex ipsa sive ex alio matrimonio, quartam bonorum mariti partem capit, exsoluto prius viri aere alieno ex eiusdem patrimonio, ita tamen, ut ne centum librarum auri quantitatem excedat.

Sed si plures sunt liberi, mulierem iubemus in hac specie tantum capere, quantum uni liberorum competit; ita scilicet, ut solum usumfructum in his rebus mulier habeat, proprietas autem illis liberis servetur, quos ex eodem matrimonio habuit.

Sed si eiusmodi mulier liberos ex eo non habeat, volumus eam et domini iure res possidere, quae ex viri patrimonio ad eam pervenerunt.

Quod si legatum ei vir reliquerit, minus praefinita portione hoc suppleatur.

Porro si quasdam res proprias in domo viri aut alibi mulier repositas habeat, harum exactionem et retentionem omni modo imminutam habeat. Haec autem dicimus, si mulier dotem non inferens inops sit, ita ut moriens maritus locuples sit, ac superstes egeat. Alioqui si forte aliunde opulenta est, iniustum foret eam quae dotem non attulit, gravare liberos successione coniugis.

Hoc quoque obtinet in viro donationem antenuptialem non promittente: nam egens quadrantem ex uxoris facultatibus feret secundum Novellam LIII.

Novella autem LII domini Leonis ait:

Et hanc constitutionem maiestas nostra corrigens sancit, ut huius partis perpetuum dominium habeat mulier deque ea statuat quomodocumque velit, neque aliud quid liberis debeatur, quam

97. Vox ὁ deest in H.
98. διορισθήσεις H.
99. οἰκείαν H.
1. τούτου H.
2. Pro εἴσπραξιν H. habet εἰς ὕπαρξιν.
3. Haec clausula, quae a verbis τοῦτο δὲ κρατεῖ usque ad finem §. 81. legitur, in C. H. regio Soar. deest. Cuiacius adnotavit, ut videtur ex libro ms. ἔδνα κυρίως τὰ πρὸ γάμου ὑπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ. *Edna principaliter illae donationes dicuntur, quas sponsus sponsae ante nuptias dare solet.*
4. ιβ'. C., quod non convenit cum Epitome Novellarum Leonis, ubi est numero νβ'. In libro νεαρῶν Falk est νγ'.
5. Sic H. καίσαρος Reitzius.
6. ἐνδόξῃ H.

τοῖς παισὶν ὀφειλομένου, πλὴν τοῦ κατὰ τὸν Φαλκίδιον αὐτοῖς ἐπιτυγχάνοντος· δηλονότι μὴ τῶν προτέρων γάμων[7] ἐπιλελησμένης τῆς μητρός, μηδ' ἐπεισαγωγῇ[8] δευτέρου ἀνδρὸς τὴν τοῦ πρώτου κοίτην οὐκ ἐν τιμῇ τιθεμένης· ὡς εἴγε[9] τοῦτο[10] συμβαίη, πάντως ἐκπεσεῖται τῆς παρ' ἡμῶν διδομένης ἐξουσίας καὶ οἱ παῖδες τῆς ζωῆς ἤδη τῇ μητρὶ[11] διαλυθείσης[12] τῶν πραγμάτων ἐξουσιάσουσιν.

83 Ὅτι[c] καὶ οἱ ἐξ ἀπροίκου γυναικὸς τεχθέντες παῖδες ἐξ ἀδιαθέτου ἐξίσου κληρονομοῦσι τοῖς τεχθεῖσιν[13] ἐκ μητρὸς προῖκα ἐχούσης καὶ οὐδεμία τούτοις τε[14] κἀκείνοις εἰς τοῦτο διαφορά.

84 Ἐὰν[d] ὁ δημόσιός ἐστι χρεωστούμενος, ἡ μὲν προσωπικὴ ἀγωγὴ κατὰ πάντων τῶν κληρονόμων ἁρμόζει τοῦ χρεώστου· ἡ δὲ ὑποθηκαρία κατὰ τοῦ κρατοῦντος τὰ ἐνέχυρα.

85 Εἴ τις[e] υἱὸν ἢ θυγατέρα ἐξ ἐλευθέρας ἔχων γυναικός, μεθ' ἧς γάμος συνίστασθαι δύναται, εἴποι ἐν συμβολαίῳ εἴτε ἀγοραίῳ, εἴτε ἰδίᾳ χειρὶ γεγραμμένῳ[15] καὶ ἔχοντι ὑπογραφὰς τριῶν μαρτύρων ἀξιοπίστων, εἴτε ἐν διαθήκῃ εἴτε ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων τοῦτον ἢ ταύτην υἱὸν αὐτοῦ εἶναι ἢ θυγατέρα καὶ μὴ προσθῇ καὶ[16] φυσικὸν ἢ φυσικήν, τοὺς τοιούτους παῖδας γνησίους εἶναι καὶ πάντων ἀπολαύειν αὐτοὺς τῶν δικαίων, ὅσα τοῖς γνησίοις παισὶν οἱ ἡμέτεροι παρέχουσι[17] νόμοι. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ μετὰ τῆς αὐτῶν μητρὸς δείκνυται νόμιμον ἐσχηκέναι γάμον[18]. Εἰ δέ τις καὶ πολλοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς τοιούτους ἔχων παῖδας ἑνὶ ἐξ αὐτῶν τοιαύτην μαρτυρίαν παράσχοι, ἀρκεῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πρὸς τὰ τῶν νομίμων δίκαια τὴν ἑνὶ διδομένην παρὰ τοῦ πατρὸς μαρτυρίαν.

86 Ἡ[f] μὴ δευτερογαμήσασα μήτηρ καὶ πᾶς ἀνιὼν καὶ μὴ δευτε-

c. H. βϊ. με'. τϊ. ς'. κεφ. ε'. Salm. μή'. ς'. ε'. — *d.* H. βϊ. κδ'. τϊ. ς'. κεφ. ε'. Salm. κδ'. ζ'. νζ'. Est Synopsis XXIV. 7. 2. pag. 254. — *e.* H. περὶ τῶν γνησιότητα ἀναφωνουμένων παίδων ἀνα. βϊ. κά'. τϊ. δ'. κεφ. νζ'. Numeros habet etiam Salm. Est Synopsis XXVIII. 4. 57. p. 272. seq. — *f.* H. περὶ γαμικῶν βϊ. κά'. τϊ. ιδ'. κεφ. γ'. Salm. κή'. ιβ'. γ'. Est Prochiron 6. 1. pag. 37. Huc refertur id, quod et in C. scriptum est a prima manu scholium:

Τοῦτο τὸ κεφάλαιον ἐναντιώτατον ἑαυτῷ· εἰ γὰρ τῷ ὄντι μὴ δευτερογαμοῦσα ἡ μήτηρ, ἀλλὰ καὶ πᾶς ἀνιὼν καὶ μὴ δευτερογαμῶν λαμβάνει πρὸς τῇ χρήσει τῶν γαμικῶν κερδῶν καὶ μέρος τι κατὰ δεσποτείαν ἑνὸς παιδός, ἐπὶ τῶν τελευτῇ καὶ οὐ διαζυγίῳ λυομένων γάμων, πῶς ἁρμόζει πᾶν γαμικὸν κέρδος ἐξοιασδήποτε λύσεως, κἂν μὴ δευτερογαμήσωσιν οἱ γονεῖς αὐτῶν, τοῖς παισί; καὶ γὰρ κυρίως τῶν γάμων διάλυσις, ἣν ἀπαρτίζεται θάνατος.

Εἰ μὲν οὖν τὴν ἀπὸ τελευτῆς διάλυσιν ἀπὸ τῶν ἄλλων διαιρῶν διαλύσεων, τὸ

Hoc caput sibi maxime contrarium est. Si enim revera mater secundo non nubens, quin et omnis adscendens novas non contrahens nuptias praeter usumfructum lucrorum nuptialium etiam unius filii portionem iure dominii accipit, in nuptiis morte, non divortio solutis, quomodo omne lucrum nuptiale ex quacumque matrimonii dissolutione competit liberis, etiamsi parentes eorum nuptias haud iteraverint? Etenim ea proprie est matrimonii solutio, quam mors facit. Quum igitur solutionem per mortem ab aliis solutionibus di-

Falcidia ipsis competens; nimirum, si mater prioris coniugii non obliviscatur neque inductione alterius viri superioris cubile dehonestet. Nam ubi hoc fit, omni a nobis data facultate excidet ac liberi matre fato functa bonis his potientur.

Etiam ex indotata muliere nati liberi ab intestato aequaliter cum natis ex matre dotata succedunt, nec ulla hos inter et illos hac in re est differentia.

Si fisco quid debetur, personalis quidem actio adversus omnes debitoris heredes competit, hypothecaria autem contra possessores pignorum.

Si quis filium aut filiam ex libera habens muliere, cum qua nuptiae contrahi possunt, dixerit in instrumento vel forensi vel propria manu scripto, ac trium testium fide dignorum subscriptionem habente vel in testamento vel apud acta publica hunc aut hanc suum esse filium aut filiam neque addiderit naturalem, hi liberi legitimi sint omnibusque fruantur iuribus, quae liberis legitimis leges nostrae tribuunt.

Hinc enim et cum matre eorum legitimum demonstratur habuisse matrimonium. Sed etsi quis multos huiusmodi liberos ex eadem habens uni illorum tale testimonium perhibeat, sufficiat aliis quoque ad legitimorum iura testimonium uni eorum a patre datum.

* Mulier secundo non nubens et omnis adscendens novas

ἐξ οἱασδήποτε διαλύσεως εἴρηκεν, ὡς ἂν ἐπ' ἐκείνης μὲν οἱ μὴ δευτερογαμοῦντες γονεῖς τι μέρος κατὰ δεσποτείαν τῶν γαμικῶν κερδῶν ἔχωσιν, ἐπὶ τούτων δὲ τοιοῦτον μέρος μὴ ἔχωσιν, ἔδει προσθεῖναι τὸ ἐξ ἄλλης οἱασδήποτε λύσεως· καὶ τάχ' ἂν οὕτω τὸ ὅλον ἐσώζετο, εἰ ἄλλο τι μὴ διεκώλυεν.

Ἀλλ' οἶμαι, τὰς δύο νεαρὰς τήν τε ιηʹ. καὶ τὴν ρκζʹ. ἐναντίας οὔσας ἑαυταῖς, εἰς ταὐτὸ συναγαγὼν ἠγνόησεν· τὸ μὲν γὰρ ἁρμόζειν πᾶν γαμικὸν κέρδος τοῖς

stinguens dixerit ex quacumque dissolutione, ita ut in illa quidem parentes novas nuptias non contrahentes partem aliquam nuptialium lucrorum habeant iure dominii, in his autem huiusmodi partem non habeant, debuisset addere, *ex alia quacumque solutione:* et forte sic totum hoc salvum praestaretur, nisi aliud quid prohiberet. Sed puto, quod ipse duas connectens Novellas, XCVIII nempe et CXXVII ignoraverit eas sibi esse contrarias: namque omne

7. Pro *γάμων* H. *γάμον* habet.
8. *ἐπισαγωγεῖ* H.
9. Pro *εἶγε* H. *ἤγε* habet.
10. *τούτῳ* H
11. Pro *τῇ μητρὶ* habet *τῆς μητρὸς* H., vetus liber Salm.
12. *διαλυθήσεις* H.
13. *τεχθήσῳ* H.
14. *τε* H. liber Salm. deest apud Reitzium.
15. *συγραμένῳ* H.
16. Vocem *καὶ* H. habet, Reitzius delendam esse censet. Non opus.
17. *παρέχουσιν* H.
18. *γάμου* H.

ρογαμιῶν λαμβάνει πρὸς τῇ χρήσει[19] τῶν γαμικῶν κερδῶν καὶ μέρος κατὰ δεσποτείαν ἑνὸς παιδός· τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν τελευτῇ καὶ οὐ διαζυγίῳ λυομένων γάμων. Τοῖς δὲ παισὶν ἀνήκει πᾶν[20] γαμικὸν κέρδος ἐξ οἱασδήτινος λύσεως κατὰ δεσποτείαν, κἂν μὴ δευτερογαμήσωσιν οἱ γονεῖς αὐτῶν, οἵτινες τὴν χρῆσιν τῶν τοιούτων κερδῶν ἔχουσι τρέφοντες τοὺς αὐτῶν παῖδας.

87 Εἶχέ τις[g] γυναῖκα καὶ παῖδας·[21] ἔτι ζώσης τῆς γυναικὸς αὐτεξουσίους τοὺς παῖδας ἐποίησε· μετὰ ταῦτα τέθνηκεν ἡ γυνή· ἔξεστι τῷ πατρὶ μίαν μοῖραν ἐκ τῶν μητρικῶν πραγμάτων τῶν οἰκείων τέκνων λαβεῖν[22] κατὰ χρῆσιν, ἕως οὗ ζῇ, τὴν δὲ δεσποτείαν παραπέμπειν πάλιν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν πρὸς τοὺς υἱούς. Τῶν δὲ παίδων ὄντων ὑπεξουσίων, κἂν εἰς δεύτερον γάμον ὁ πατὴρ ἔλθῃ[23], πάντων τῶν μητρικῶν πραγμάτων τὴν χρῆσιν ἔχει. Εἰ δὲ μὴ ζώσης τῆς μητρὸς ἔτι, ἀλλὰ μετὰ θάνατον ταύτης ὁ πατὴρ ποιήσῃ[24] τὸν υἱὸν αὐτεξούσιον, ἔξεστι τῷ πατρὶ τοῦ μὲν ἡμίσεος τῶν μητρῴων πραγμάτων τὴν χρῆσιν ἔχειν, τοῦ δὲ λοιποῦ ἡμίσεος ἀφιέναι τὴν χρῆσιν τῷ υἱῷ. Εἰ δὲ οὐχ εἷς υἱὸς εἴη, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ πάντες αὐτεξούσιοι γένωνται παρὰ τοῦ πατρὸς μετὰ τὸν τῆς μητρὸς θάνατον, ὁ πατὴρ οὐκέτι τὸ ἥμισυ πρὸς χρῆσιν ἔχει, ἀλλὰ προσεπιβάλλει τῷ υἱῷ[25] τοσοῦτον ἐκ τοῦ ἡμίσεος, ὁπόσον ἂν εἶεν οἱ παῖδες πλείονες· ἤγουν, εἰ μὲν δύο, τὸ τοῦ ἡμίσεος[26] ἥμισυ· εἰ δὲ τρεῖς τὸ δίμοιρον τοῦ ἡμίσεος· εἰ δὲ τέσσαρες ἢ[27] ἐπέκεινα, τότε πάλιν[28] μίαν μοῖραν μόνην[29] ἑνὸς τῶν παίδων λαβὼν ὁ πατὴρ πρὸς χρῆσιν, τὸ μητρικὸν ἄλλο πρᾶγμα ἅπαν δίδωσι τοῖς παισίν, εἰ μὴ οἰκειοθελῶς οἱ παῖδες παραχωρήσουσι τούτῳ ἄλλο τι διαπράξασθαι.

88 Εἴ τις[h] ἀποβαλλομένη[30] τὸν ἄνδρα ἑτέρων ἀπόσχοιτο[31] γάμων[32] ἔχειν μὲν αὐτὴν τὴν χρῆσιν τῆς προγάμου δωρεᾶς, καθὰ καὶ πρότερον ἐθεσπίσαμεν, ἔχειν δὲ[33] αὐτὴν[34] καὶ δεσποτείας[35] τοσοῦτον, ὅσον ἡ[36] πρὸς τοὺς παῖδας ἀναλογία ποιεῖ, ἵνα κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας λόγον ἑνὸς καὶ αὐτὴ παιδὸς πρόσωπον ἔχειν δοκῇ. Ταῦτα δὲ ἐπὶ πατέρων[37] καὶ τῶν ἄλλων ἀνιόντων τῶν εἰς δευτέ-

παισὶ τῆς ϛῃ'. ἐστι, τὸ δὲ λαμβάνειν μέρος τι τοὺς μὴ δευτερογαμοῦντας γονεῖς τῆς ρκζ'. Εἰ οὖν ἀναιρεῖ αὕτη τὴν πρὸ αὐτῆς, ἔστιν ἐκείνη ἀνῃρημένη.

lucrum nuptiale liberis competere, statuit Novella XCVIII; ut vero parentes nuptias haud iterantes partem aliquam ferant, Novella CXXVII. Si ergo haec anteriorem tollit, illa erit sublata.

g. H. με'. α'. γ'. Salm. — *h.* H. βϊ. κη'. τϊ. β'. κεφ. β'. Salm. κη'. ιβ'. β'. Est Synopsis XXVIII. 12. 2. p. 278. seq.

19. Sic et H. et Prochiron p. 37. τὴν χρῆσιν Cui. et Soar., quod Reitzius recte improbavit.

20. πᾶς H., sed contra Prochiron p. 37.

21. Haec verba εἶχέ τις γυναῖκα καὶ παῖδας desunt in H. propter homoeoteleuton.

22. Vox λαβεῖν deest in H

nuptias haud contrahens praeter lucrorum nuptialium usumfructum etiam unius filii portionem iure dominii capiat: idque in nuptiis morte, non divortio solutis. Liberis autem competit omne lucrum nuptiale, quod ad proprietatem ex quacumque matrimonii dissolutione, etiamsi parentes eorum nuptias non iteraverint, qui usumfructum horum lucrorum habent, liberos suos alentes.

Habebat quis uxorem ac liberos. Vivente etiam coniuge liberos emancipavit. Post illa moritur uxor. Patri licet unam portionem ex maternis liberorum suorum bonis quoad usumfructum, capere, donec vivit, proprietatem autem post obitum ad liberos rursus transmittere. Sed si liberos in potestate adhuc habeat, etiamsi ad secundas nuptias pater transierit, omnium bonorum maternorum usumfructum habet. Quod si non vivente etiam matre, sed post eius obitum pater filium emanciparit, licet patri dimidiae quidem bonorum maternorum partis usumfructum habere, sed alterius semissis usumfructum filio relinquere.

Si vero non unus sit filius, sed plures atque omnes a patre post matris obitum sint emancipati, non iam pater semissis usumfructum habet, sed filio tantum ex semisse adiicit, quanto plures sunt liberi, id est, si duo semissis semissem; si tres, bessem semissis; si quatuor aut ultra, tunc rursus unam tantum portionem unius liberorum pater in usumfructum accipiens reliqua bona materna omnia liberis tradit, nisi ultro ac sponte liberi ei aliud quid statuere permiserint.

Si quae amisso marito secundis abstineat nuptiis, habeat quidem ipsa donationis ante nuptias usumfructum, sicut et antea sanximus, sed et proprietatis tantum, quantum relata ad filios proportio facit, ut in proprietatis ratione unius et ipsa filii personam sustinere videatur.

Haec vero et in patribus aliisque adscendentibus ad secundas

23. ἔλθοι H.
24. ποιήσει H.
25. τοῖς υἱοῖς Reitzius legi vult.
26. Verba ὁπόσον ἂν εἶεν οἱ παῖδες πλείονες ἦγουν εἰ μὲν δύο τὸ τοῦ ἡμίσεος desunt in H. propter homoeoteleuton.
27. Vox ἤ deest in H.
28. Vox πάλιν deest in H., sed ad marginem a prima manu ascribitur.
29. μίαν μόνην μοῖραν H.
30. ἀποβαλομένη H.
31. ἀπόσχοιτοι Reitzius
32. γάμον H.
33. Pro δὲ H. μὲν habet.
34. In H. subiicitur τὴν χρῆσιν, sed contra Synopsin p. 278.
35. δεσποτείαν H.
36. Pro ἤ H. οἱ habet.
37. Pro πατέρων, quod est et in H., editio princeps πατρῴων habet, ortum illud quidem ex male intellecto siglo.

